Apud illos etẽ hec officia q̃ dño soluere p distinctiones horar̃ ⁊ tpis inęualia cũ admonitione cõpulsoris adigimur: p totum diei spaciũ iugiter cũ operis adlectione spõtanee celebrãt. Ita nã q̃ ab eis incessant̃ opatio manuũ priuatim p cellulas exercet: vt psalmorũ q̃z vel ceterar̃ scripturarũ meditatio nunq̃ penit⁹ omittat. Cui preces ⁊ orationes p singla momẽta miscentes: in his officijs q̃ nos statuto tpe celebram⁹: totum diei tp̃s absumunt. Nõ tẽ exceptis vespertinis horis ac nocturnis ꝓgregationibus: nulla apud eos p diẽ publica solennitas absq; die sabbati vel dñica celebrat: in quib⁹ hora tertia sacre cõmunionis obtẽtu cõueniũt. Pl⁹ etẽ est id q̃d incessanter offert: q̃ q̃d p tpis interualla psoluit: ⁊ grati⁹ volũtariũ mun⁹: q̃ functiones q̃ canonica cõpulsione reddunt: p hoc q̃z daiud gloriosius aliq̃d exultãte cũ dicit: Volũtarie sacrificabo tibi: ⁊ volũtaria oris mei bũplacita sint tibi domine.

Ps. 53.

Q p oẽm orientẽ solennitas tertie: sexte: vt none: trinis tm̃ psalmis ⁊ orationibus finiat: ⁊ cur specialiꝰ istis horis hec spiritalia sint officia deputãda: Capi. III.

Itaq; in palestine vel mesopotomie monasterijs ac toti⁹ orientis: suprãdictar̃ horarũ solẽnitates trinis psalmis q̃tidie finiunt̃: vt et orationũ assiduitas statutis temporibus deo offerat̃: ⁊ necessaria operationis officia: cõsũmatis iusto moderamine spiritalib⁹ obsequijs nullatenus valeant impediri. Nis etẽ trib⁹ temporib⁹ etiã Daniele ꝓphetã q̃tidie fenestris apert̃ in cenaculo p̃ces dño fudisse cognoscimus. Nec ĩmerito hec specialiꝰ tẽpora religiosis sũt officijs deputata. In his siquidẽ pmissionũ pfectio: ⁊ summa nostre salutis est adimpleta. Hora nã q̃ tertia reprõmissus olim per ꝓphetas spũ sanctus sup aplos in orationũ officio ꝓstitutos descendisse primit⁹ cõprobat̃. Nã cũ proelocutione linguarũ q̃ ab eis infusione spiritussancti ꝓfluebat: gens incredula iudeorũ obstupescens pariter ⁊ irridẽs: diceret eos musto repletos: stans Petrus in medio eorum ait: Viri israelite ⁊ qui habitat̃ hierusalẽ vniuersi: hoc vobis notũ sit: Act. 2. et auribus percipite verba mea. Nõ etẽ sicut vos existimatis hi ebrij sũt: cum sit hora diei tertia: sed hoc ẽ q̃d dictum est per prophetam Iohel: Et erit in nouissimis diebus dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnẽ carnem: ⁊ prophetabunt filij vestri ⁊ filie vestre: ⁊ iuuenes vestri visiones videbunt: ⁊ senes vĩ somnia somniabunt. Et quidem sup seruos meos ⁊ super ancillas meas in diebus illis effundam d̃ spiritu meo et prophetabunt. Que omnia hora tertia videmus impleta: sanctiq; Iobel. 2.

spiritus vaticinatum per prophetas aduentũ eodem tempore sup aplos cõmeasse. Hora aũt sexta: ũ macula ta hostia dñs noster atq; saluator oblatus est patri: crucẽq; p totius mũdi salute ꝓscẽdẽs: hũani generis pctã diluit: ⁊ expoliãs ꝓncipatꝰ ac ptãtes: traduxit palã: vniuersosq; nos obnoxios atq; ꝓstrictos insolubilis chirographi debito liberauit: tollẽs illõ de medio ⁊ crucis sue affigẽs tropheo. Eadẽ q̃z petro hora in excessu mẽtis vocatio gẽtiũ oĩm p submissionẽ vasis euãgelici delati celitus: ⁊ purificatio omnigenũ animãtiũ ĩ eodẽ ꝓsistentiũ: delata ad eũ voce diuinitꝰ reuelat: dicente ei: Surge petre: occide ⁊ manduca.

Actꝰ. 10. Nõ vas quattuor initijs de celo sũ missum: nõ aliud q̃ euãgeliũ designare manifeste cognoscit. Licz eñ quadriformi euãgelista ꝓ narratione distinctũ: q̃ttuor videat habere ꝓncipia: vnũ tñ euãgelij corpꝰ est: eiusdẽ. s. christi natiuitatẽ piter ac deitatẽ: miracla q̃z passionẽq; complectẽs. Pulchre aũt nõ ait linteũ ꝗ q̃si linteũ. Linteũ quippe mortificatiõis indiciũ est. Qñ igit mors dñice passiõis nõ hũane nature lege: ꝗ ꝓprie volũtatis ꝓbit arbitrio: q̃si linteũ dicit. Mortuus eñ fm carnẽ: nõ est fm spũm mortuꝰ: quia nec derelicta est aĩa eiꝰ in inferno:

Psꝰ. 15. nec caro eiꝰ vidit corruptionẽ. Et rursus: Nemo inquit tollit a me ani

Joh. 10. mã meã: ꝗ ego pono eã a meipso: Potestatẽ habeo ponere eã: ⁊ potestatẽ iterũ habeo sumere eã. In ꝗ ita q̃q euãgelioꝰ vase celitꝰ destinato. i. a spũsctõ pscripto: oẽs gentes q̃ quondã extra legis obseruãtiam posite habebant ũmũde: p credulitatẽ fidei ꝓfluẽtes: vt ab idoloꝰ cultu saluberiẽ ũmolent: atq; ad salutarẽ escã ꝓficiãt: petro purificãte voce dñica deferunt. Horaꝫo nona ĩferna penetrãs: inextricabiles tartari tenebras coruscatiõe sui splẽdoris extinxit: portasq; eiꝰ ereas effringẽs: ac seras ferreas cõterẽs: captiuitatẽ sctõꝝ que clausa tenebris immitis tenebat inferni: salubriter captã secũ trãsuexit ad celos: ignea q̃q rhomphea sũmota: antiquũ incolã paradiso pia ꝓfessione restituit. Eadem q̃z hora Cornelius centurio in precibꝰ solita deuotiõe psistẽs: commemorationẽ orationũ ⁊ elemosynarũ suaꝝ ante dñm factam angelo sibi colloquẽte: cognoscit: palamq; ei hora nona vocatiõis gẽtiũ sacramẽta panduntur: que Petro ĩ excessu mẽtis hora sexta fuerãt reuelata.

Actꝰ. 5. Alio quoq; loco de eodẽ tẽpore in Actibus aplꝰ ita narrat: Petrus aũt ⁊ iohãnes ascendebãt in tẽplũ: ad horã orationis nonã. Quibus liquido comprobat: non ũmerito a sanctis ⁊ apostolicis viris has horas religiosis obsequijs ꝓsecratas: a nobis q̃z obseruari similiter oportere: qui nisi velut lege quadã soluere hec pietatis officia saltẽ statutis tẽporibꝰ adigamur: totũ diei spacium obliuiõe aut desidia vel occupationibꝰ inuoluti: absq; orationis interpellatiõe ꝓsumimꝰ. De vesperti/

Psꝰ. nis aũt sacrificijs q̃d dicendũ est: q̃ iugit offerri etiã in veteri testamento lege mosayca sanciũt: Holocausta eñ matutina ⁊ sacrificia vespertina: cũ ctis diebꝰ in tẽplo licet figuralibꝰ hostijs: etiã ex eo ꝓbare possumꝰ indesinẽt oblata: q̃d a dauid canit: Dirigat oratio mea sicut incensuz in ꝓspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinum.

Quo in loco de illo q̃z vero sacrificio vesptino sacratius intelligi põt: q̃d vl vespe a dño saluatore cenantibꝰ aplis traditꝰ: cũ initiaret ecclie sacrosctã mysteria: vl q̃ ipse die postero sacrificiuz vesptinũ in fine sclꝰ eleuatione manuũ suarũ p salute totius mũdi oblatus est patri.

Que extensio manuum eius in patibulo: satis ꝓprie eleuatio nũcupat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Omnes enim nos in inferno iacentes eleuauit ad celos: Sm promissionis eiꝰ sententiã dicentis: Cum exalta/
Job.12. tus fuero a terra: omnia traham ad me ipsum. De matutina vero solennitate etiã illud nos instruit: qꝫ in
Ps.62. ipsa quotidie decantari solet: Deus deꝰ meꝰ ad te de luce vigilo. Et: In matutinis meditabor ĩ t.e. Et Pre/
Ps.118. ueni ĩ maturitate ⁊ clamaui. Et rursum: Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. In his quoq; horis etiã ille euangelicus paterfamilias operios conduxit in vineã suã. Ita enim ⁊ ille p̃mo mane cõduxisse describit: qꝫ tẽpus designat matutinã nostrã solẽnitatem: deinde tertia: inde sexta: post hec nona: ad extremũ vndecima: in qua lucernaris hora signat.

Qꝫ matutina solẽnitas nõ antiqua traditione statuta sit: sed nostro tpe p̃ causa sit adinuenta: Ca. III

Sciendũ tamẽ hanc matutinã que nunc obseruatur in occiduis vel maxime regionibus: canonicã functionez nostro tpe in nostro quoq; monasterio primitus institutã: Vbi dñs noster iesus christus natꝰ ex virgine: humane infantie suscipe ĩcremẽta dignatus: nostrã quoq; adhuc in religione tenerã ⁊ lactentez infantiam sua gratia cõfirmauit. Vsq; ad illũ enim tẽpus hac solẽnitate matutina: que expletꝫ nocturnis psalmis ⁊ orationib: post modicũ tpis interuallũ solet in gallie monasterijs celebrari: cum quotidianis vigilijs pariter cõsummata: reliq̃s horas refectioni corpoꝝ deputatas a maioribꝰ nostris inuenimꝰ. Verũ cũ hac abutẽtes indulgentia: negligẽtiores quiq; indutias somni longiꝰ p̃telarẽt: quippe quos vl̃ cellas p̃gredi: vel de suis stratis consurgere ante horam tertiam nulla cõuentus vllius necessitas inuitaret: ⁊ cũ opationis iactura tpe quoq; dici quo nonnulris oportebat officijs inherere: sopolis nimietate torperent: in his presertim diebꝰ quibus a vesptinis horis excubias vsq; ad auroze vicini/am celebrãtibꝰ nascebat onerosior lassitudo. Quorũ dã illic fratꝝ feruentiũ spiritu quibꝰ hoc negligentie genꝰ haud leuiter displiceret: ad seniores querela delata: decretũ est ab eis diutino tractatu ⁊ cõsultatione sollicita: vt vsq; ad solis ortum quo iam sine offensiõe: vl̃ lectio parari: vel opꝰ manuũ posset assumi: fessis corporibꝰ refectione cõcessa. Inuitati post hec religiõis huiꝰ obseruantia: cũcti pariter e suis stratꝫ cõsurgerent: ac tribꝰ psalmis ⁊ orationibꝰ celebratis: Sm modũ q̃ antiquitus in obsuatiõe Tertie Sexte vel None trine cõfessiõis exemplo statutus est: ⁊ somno deiceps finẽ: ⁊ initiũ opationi: equali simul moderamine facerent. Qui typus licet ex occasione videatur inuẽtus: ⁊ recenti memoria p̃ causa quã dirimꝰ statutus appareat: tamẽ illũ numerũ quẽ designat beatꝰ dauid: quãq̃ spiritalem quoq; habeat intellectũ: Sm litterã manifestissime supplet: Septies in die laudem dixi tibi sup iudicia iusticie tue. Hac enim adiecta solennitate: septies sine dubio spiritales hos cõuentꝰ in die facientes: septies in ea laudes dño dicere cõprobamur. Deniq; cum hic idem typus de oriente p̃cedẽs: huc usq̃ fuerit vtilissime p̃pagatus: in nonnullis nunc vsq; p̃ orientẽ antiquissimis monasterijs que nequaq̃ vetustissimas regulas patrũ violari patiunt: minime videt admissus. Ps.118.

Qꝫ post matutinas orationes ad somnũ reuerti non oporteat: Capi. V.

Cuius solennitatis ratio cur statuta sit vel inuẽta in hac

prouincia: nonnulli ignorantes: et expletis matutinalib⁹ hymnis iterꝫ reuertunt⁄ ad somnũ: in illã causaz nihilominus incidẽtes ob q̃ꝫ cõpescendã hec a seniorib⁹ nostris solennitas instituta ē. Illa nãq̃ hora eã cõsummare festinant: q̃ negligẽtiorib⁹ minusq̃ sollicitis rursum dormiẽdi reddat⁄ occasio. Qd omnino dis fieri nõ oportet: sicut in libello supiori describẽtes egyptiorũ synaxim pleni⁹ exposuim⁹: ne purificationẽ nostrã ꝓfessione supplici ⁊ antelucanis orationib⁹ acq̃sitam: vel emergẽs quedã redũdantia humorum naturaliuz polluat: vel illusio corrumpat inimici: vl⁄ certe intercedens etiã puri ac simplicis somni refectio interrũpat spũs nostri feruorẽ: ac tepefactos somni tpe p totũ dici spaciũ inertes deinceps ignauosq̃ traducat. Qd egyptij ne incurrãt equidẽ cũ soleant certis tpibus etiã añ galloꝫ cantũ ꝓsurgere: missa canonica celebrata vsq̃ ad lucẽ: post hec vigilias extẽdũt: vt eos supueniens lux matutina in hoc feruore spũs reperiat cõstitutos: ac p totũ dici tẽp⁹ feruẽtiores sollicitiores q̃ custodiat: p̃paratos eos suscipiens ad cõflictũ ⁊ ꝗ diurnã diaboli colluctationẽ: nocturnarũ exercitio vigiliaruz ac spiritali meditatione firmatos.

Qz nihil sit a seniorib⁹ immutatũ de antiquo ordine psalmorũ: cũ matutina ista fieret solenitas: Ca. VI.

Illud q̃uoq̃ nosse debemus nihil a seniorib⁹ nostris qui hanc candẽ matutinã solennitatẽ addi debere censuerũt: de antiqua psalmorũ cõsuetudine immutatũ: sed eodẽ ordine missam q̃ prius in nocturnis cõuentib⁹ perpetuo celebratã. Etẽm hymnos quos in hac regiõe ad matutinã excepere solennitatẽ: in fine nocturnarũ vigiliarũ quas post galloꝫ cantũ añ auroꝫã finire solent similiter hodieq̃ decantãt: id est: centesimũ quadragesimũ octauũ psalmũ: cuius initiũ est: Laudate dñm de celis: ⁊ reliquos qui sequunt⁄. Quinquagesimũ xo psalmum ⁊ sexagesimum secundũ ⁊ octogesimũ nonũ huic nouelle solẽnitati nouim⁹ fuisse deputatos. Denicq̃ p italiã hodieq̃ consummatis matutinalib⁹ hymnis quinquagesimus psalmus in vniuersis ecclesijs canitur: qd̃ non aliunde q̃ꝫ exinde tractum esse non dubito.

Qz ei qui ad diurnã orationez anteq̃ꝫ primus finiatur psalm⁹ no occurrerit: oratoriũ introire non liceat: in nocturnis aũt vsq̃ ad finẽ secundi psalmi veniabilis mora sit: Capi. VII.

Qꝫ vero qui in tertia sexta vl⁄ nona priusq̃ꝫ psalm⁹ ceptus finiat⁄ ad orationẽ nõ occurrerit: vlterius oratoriũ introire nõ audet: nec semetipm admiscere psallentib⁹: sed congregationis missam stãs p foriib⁹ prestolat⁄: donec egredientib⁹ cunctis submissa in terram penitẽtia negligẽtie sue vel tarditatis impetret veniã: sciẽs nequaq̃ se posse desidie sue noram aliter expiare: sed ne in ea quidẽ que post tres horas erit secutura solẽnitas admittendũ: nisi pro negligentia pñti cõfestim vera humilitate subnixi⁹ satisfacere festinauerit. In nocturnis vero cõuenticulis vsq̃ ad secundũ psalmũ prebet⁄ tardãti dilatio: ita dũtaxat vt anteq̃ꝫ finito eodẽ psalmo fratres in oratione p̃cũbant: semetipm cõgregationi inserere atq̃ admiscere festinet: eidẽ p̃cul dubio increpatiõi ac penitẽtie quã prediximus subijciendus: si vltra prestitutã dilationis horam vel modicum tardauerit.

Vigilie que a vespera illu

cescente sabbato celebrantur: quẽ tpis modũ teneãt vel quo ordine celebrent:

Capi. VIII.

Sane vigilias que singulis hebdomadibus a vespera illucescente sabbato celebrant: iccirco seniores hyemali tempe quo noctes sũt longiores: vsq ad quartũ gallorꝫ cantum p monasteria moderant: vt post excubias totiꝰ noctis reliquis duabus ferme horis reficiẽtes corpora sua: nequaq̃ per totuz diei spacium somni torpore marcescãt: requie breuis huius tpis ꝓ totius noctis refectione contenti. Qõnos quoq cũ omni obseruatione custodire cõuenit: vt scz contenti somno qui nobis post vigiliaꝫ missam vsq ad lucis indulgetur aduentũ: id est: vsq ad matutinos psalmos: totũ deinceps diem in ope ac necessarijs ducamus officijs: ne somnum quẽ nocti subtrarimus resumere p diem vigiliaꝫ lassitudine ꝛ inanitate cõpulsi: non tã requiẽ corpis subtrariſſe: q̃ q̃tis tempus ꝛ refectionem nocturnã commutasse videamur. Nullatenꝰ enim pot fragilis caro ita totius noctis quiete fraudari vt per cõsequentẽ diem sine dormitiõe mẽtis animiq torpore incõcussam possit seruare vigilantiam. Que impedieꝫ ex hoc potius q̃z iuuabitur: nisi post vigiliaruz missam somni quantulumcunq̃ gustauerit. Et iccirco saltem vnius hore sopor quẽadmodũ diximus ante lucis aduentũ si fuerit impertitus: lucrabimur omnes vigiliarũ horas quas tota nocte in oratione cõsumpsimus: impertientes nature quod suuz est: nec habentes necessitatẽ resumẽdi per diem q̃ nocti subtrarim̃. Totum enim carni huic ꝓculdubio redet: quisquis ei non rationabiliter partem subtrahere: sed totum temptauerit denegare: Et vt veriꝰ dixerim: nõ superflua sed necessaria voluerit amputare. Propt̃ quod maiore fenore necesse est vigilias compensari: si fuerint vsq ad lucem incõsiderata atq irrationabili nimietate protracte. Ideoq eas tripertitis distinguũt officijs: vt labor hac diuersitate diuisus: delectatiõe quadam defectionem corporis releuet. Nam cum stãtes antiphona tria cõcinuerint: humi post hec vl sedilibꝰ humillimis insidẽtes: tres psalmos vno modulante respõdẽt: qui tamẽ singuli a singulis fratribus vicissim succedentibus sibi prebent: atq his sub eadem quiete residentibus ternas adijciunt lectiones. Itaq fit vt corporeum minuentes laborem vigilias suas maiore intentione mentis exerceant.

Quare illucescẽte die sabbati vigilie statute sint: ꝛ q̃ re per omne orientez absolutio ieiunij in die sabbato presumatur:

Capitulum. IX.

Quas a tempore predicationis apostolice q̃ religio ac fides christiana fundata est p vniuersum orientem: iccirco statutũ ẽ illucescẽte sabbato debere celebrari: q domino ꝛ saluatore nostro sexta sabbati crucifixo: discipli adhuc recẽti eius passione perculsi: peruigiles tota nocte manserunt: nullatenus quietis somnum oculis suis indulgentes. Quorem ex illo tempore huic nocti deputata vigiliaruz solennitas vsq in hodiernum diem p vniuersum orientem similiter obseruatur. Ideoq ꝛ absolutio ieiunij post vigiliarum laborem: totidem apostolicis viris in die sabbati statuta: non immerito presumitur per vniuersas orientis ecclesias: sin illaz quoq Ecclesiastes sententiã: q̃ li-

cet habeat ⁊ alium mysticũ sensum: tñ ab hoc quoq; nõ abhorret: quo vtriq; diei. i. hebdomadi pariter ⁊ ogdoadi eandez partẽ solennitatis impertire precipimur: ita dicentis:
Eccs. II. Da partes his septem: ⁊ quidẽ his octo. Non eñ ad cõmunionẽ festi/ uitatẽ iudaice absolutio ista ieiunij reputanda est: his p̃sertim qui oñi iudaica superstitiõe alieni monstrã/ tur: ꝗ ad refectionem quaz diximus lassi corporis pertinere: qõ per to/ tas anni septimanas iugiter quinis dieb⁹ ieiunans: nisi duobus saltem interpositis refocillatũ fuerit: facile lassascit ac deficit.

Vnde factuz sit vt in vrbe die sabbato ieiunet: Ca. X

c Quius moderamiñis causam nõnulli in quibusdã occidẽ talibus ciuitatibus ignoran tes: ⁊ maxime ĩ vrbe: idcirco putãt absolutionẽ sabbati minime debere presumi: q̃ apostolũ petrũ in eodez die contra symonem conflictaturuz asserũt ieiunasse. Ex quo magis ap/ paret hoc eum non cõsuetudine ca/ nonica fecisse: sed presentis poti⁹ ne cessitate cõflictus: Siquidẽ ⁊ ibi ꝓ hac eadem re non generale sed spe/ciale videẽ petrus discipulis suis ie iunium indixisse. Qõ vtiq; non fe cisset si scisset illud canonica consue tudine solere seruari: idẽ proculdu/ bio etiã dñico die paratus indicere: si certaminis ipsius in eum cõpegis/ set occasio: Nec tñ ex hoc statim ca/ nonica fuisset ieiunij regula ꝓmul/ ganda: quod non generalis obser/ uatio statuerat: ꝗ vt semel fieret: ra/ tio necessitatis exorserat.

In quo dominice diei solẽ nitas ab aliorũ dierũ con/ suetudie diuersa teneatur Capi. XI.

v Verum ne hoc quidẽ ignorã dũ: die dñico vnã tãtummo do missam ante prandium celebra/ ri: in qua psalmoruz atq; orationũ seu lectionum ꝓ ipsius collecte vel cõmunionis dominice reuerẽtia so/ lennius aliquid ac ꝓpensius impen dentes: in ipsa tertiam sextamq; pa/ riter consummatã reputant. Itaq; fit vt de orationum obsequijs nihil imminuat̃ adiectione sez lectionuz: ⁊ nihilominus differentia quedã vl̃ remissio videat̃ fratribus indulgeri ꝓ reuerentia dñice resurrectionis p̃ cetero tempore: que ⁊ totius septi/ mane videat̃ obseruãtiã relaxare. Et ꝓ hacipsa que intermiscetur qua dam differentia: eundẽ diẽ velut fe stiuũ ꝓuocet rursum solennius ex/ pectari: minusq; faciat hebdomadis venture ieunia huius expectatione sentiri. Semp eñ equanimius que/ libet fatigatio sustinet̃: ⁊ sine fasti/ dio labor impenditur: si interiecta ei vicissitudo quedã vel operis im/ mutatio qualiscunq; succedat.

Quib⁹ dieb⁹ cum cena fra tribus exhibetur: acceden tibus ad refectionem: psal mus non dicatur sicut fieri in prandijs solet: Ca. XII.

d Eniq; etiã in ipsis diebus. i. sabbato vel dominica seu fe riatis temporibus quib⁹ pa riter prandiũ ⁊ cena solet fratribus exhiberi: psalmus ad vesperã nõ di citur: id est: nec cũ accedũt ad cenã: nec cum ab ea consurgunt: vt solet fieri in solennibus prandijs: vel ca/ nonica ieiuniorũ refectione: quã ⁊ precedere cõsuetudinarij psalmi so lent ⁊ subsequi: sed tantũmodo sim plici oratione facta: accedunt ad ce nam: eamq; rursum cõsurgentes ab ipsa sola oratiõe concludunt: quod sez extraordinaria sit inter mona/ chos ista refectio: nec omnes ad eã conuenire cogãtur: nisi aut peregri/ ni qui supuenerint fratres: aut hi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quos infirmitas corporis aut ꝓpria
inuitat voluntas.

Explicit de canonico diurnarum orationũ ⁊ psalmorũ modo liber tertius.

Incipit annotatio capitulorum libri quarti de institutis renunciantium.

Capi. j. proemiale.

ij Qua ratione vsq; ad vltimã senectutẽ apud eos in cenobijs perseuerent

iij Quo examine probet qui in cenobio suscipiẽd⁹ ẽ.

iiij Quare q̃ in monasterio recipiantur.

v Cur hi q̃ renunciant: suscepti in monasterijs ꝓpria vestimẽta deponãt: ⁊ ab abbbate alijs induant

vj Qua causa vestimenta renunciantiũ cũ quib⁹ ingressi sunt monasteriũ a dispẽsatore seruent

vij Cur in monasterio suscepti nõ ꝓmittant statim cõgregationi fratꝝ cõmisceri: ꝗ xenodochio ante tradantur

viij Quib⁹ primũ institutis iuniores exerceant vt ad superandas oẽs ꝓcupiscentias proficiant

ix Quare iuniorib̃us impere vt seniori suo nihil de cogitatiõibus suis ꝗbtrahant

x Quanta obedientia iunior⁹ etiam in naturali necessitate tribuatur.

xj Cuiusmodi cibus apd̃ eos delicatissimus habeatur

xij Qr ad sonitum pulsantis ostiũ: nihil opis nõ omittãt studio celeriter accurrendi.

xiij Qr criminosum habeat si aliq̃d vel vilissimũ quispiam suum dixerit

xiiij Qr licet multa pecunia de vniuscuiusq; ope cõgeratur: nullus tñ ꝓsumat excedere statute sufficientie parcitatem

xv De immodico apd̃ nos studio habendi

xvj De regulis diuersarũ correptionum.

xvij Quib⁹ auctorib⁹ sit inuẽtũ vt reficientib⁹ fratrib⁹ sacre lectiões in cenobijs recitent: ⁊ q̃ntũ apd̃ egyptios ꝓbeat silentiũ.

xviij Qr illicitũ sit extra mẽsam cõmunem quicq; cibi potusve gustare.

xix Quẽadmodũ ꝑ palestinaꝝ vel mesopotamiam quotidiana fratribus exhibeantur obsequia.

xx De trib⁹ lẽticule granis ab economo repertis.

xxj De spontaneo quorundaꝝ fratrũ ministerio.

xxij De egyptio ꝑ typo qui ẽ sup quotidianis fratrum statutus obsequijs.

xxiij De obediẽtia abbatis ioannis: ꝑ quaꝝ vsq; ad ꝓphetie ꝓfectus est gratiam.

xxiiij De ligno itaq; arido qd̃ idẽ abbas ioãnes ad arbitrium senioris sui q̃si adolẽdũ rigare non destitit.

xxv De ꝓiecto ab abbate ioãne vase vnico olei ad senioris imperium.

xxvj Quẽadmodũ abbas iob̃es suo obedierit seniori ad aduoluendũ sarũ qd̃ ne a multis quidem possibile erat moueri.

xxvij De humilitate ⁊ obediẽtia abbatis Pocij quã in ꝓijciendo in fluuiũ puuloꝝ filio ex precepto senioris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nō hesitauit implere.

xxviij Quēadmodum reuelatū sit abbati ō patre Nucio op⁹ eū abrae fecisse: ⁊ q defuncto eidē abbati idē p̄ Mucius in monasterij administratione successerit

xxix De obedientia fratris qui decem sportas circūferēs publice distraxit ad abbatis imperium.

xx De abbatis pynufij humilitate: qui relicto cenobio celeberrimo cui presbyter p̄erat: longinquū monasterium in quo velut incipiens susciperet desiderio subiectionis expetijt.

xxxj Quēadmodū abbas pynufius reductus in monasterium suū modico tpe cōmoratus iterum fugerit in partes syrie.

xxxij Que p̄cepta dedit idem abbas pynufius fratri quē in suo monasterio sub nostra recipiebat presentia.

xxxiij Q̄ sicut magna remuneratio monacho debet ꝓ ꝓ institutionē patrū laborātī: ita ⁊ pena siliter tribuatur: ⁊ iccirco nō debeat q̄s facile admitti in monasterio

xxxxiiij Q̄ abrenūciatio nr̄a nihil sit aliud q̄ mortificatio et imago crucifixi.

xxxv Q̄ crux nr̄a timor dñi sit.

xxxvj Q̄ renunciatio nostra nihil p̄sit si ijsdez quib⁹ renūciauimus implicemur.

xxxvij Q̄ diabol⁹ nostro fini semp insidiet: ⁊ nos et⁹ caput iugiter obsuare debeamus

xxxviij De renunciantis p̄eparatione aduersum tēptationes: ⁊ de paucis imitandis.

xxxix Quo ordine q̄s ad pfectionē valeat peuenire: p quam de timore dei ad charitatez cōsequenter ascendat.

xl Q̄ non debeat monachus exempla perfectionis a multis expetere: ꝑ ab vno vel a paucis.

xlj Quarū debilitatū similitudinē suscipere debeat qui ī cenobio cōmorat̄.

xlij Q̄ bonū patientie sue nō debeat monachus de aliorum sperare virtute: ꝑ de sua longanimitate

xliij Recapitulatio expositionis p quā monachus ad pfectionem possit ascendere.

Explicit annotatio capi.

Incipit liber quartus de institutis renūciantiuz. Proemiale Capitu. I.

Decano nico mō psalmoꝝ atq̄ orationū qui debeat in diurnis cōuēticulis p monasteria custodiri: ad institutionē eiꝰ q̄ renunciat huic mūdo: narratiōis nos ordine prouocante transimus: cōditiones in p̄mis quib⁹ hi qui ad dñm conuerti cupiunt recipiantur ī cenobijs: breui quantū possum⁹ studentes sermone complecti: quedam scz de egyptiorum: quedam de tabenensiotarum regulis admiscentes: quoꝝ in thebaide est cenobiū: quāto numero populosius cunctis: tanto conuersationis rigore districtius. Siquidē in eo plus q̄ quinq̄ milia fratrum sub vno abbate reguntur: tanta q̄ fit obedientia hic tam prolixus monachorum numerus omni euo seniori suo subditus: quāta nō potest apud nos vnus vni vel obedire permodico tēpore vel p̄ecesse.

Qua ratione vsq̄ ad vl-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

timam senectutẽ apud eos in cenobijs perseuerent:

Capi. II.

Quorum tam longa perseuerantia ⁊ humilitas atq; subiectio quẽadmodum tã diuturna perduret: qua ve institutione formetur: per quã vsq; ad incuruã senectã in cenobio perseuerent: opinor nos ante omnia debere perstringere. Tanta nanq; est: quã tã neminẽ in monasterijs nostris ingressum ne anno quidez integro tenuisse meminimus: vt cum renũciationis coꝝ primordia vidimus: consequens fuisse intelligamus: vt in tam sublimia perfectionis fastigia talium virorum fundamenta consurgerent.

Quo examine probetur q̃ in cenobio suscipiendus ẽ:

Capi. III.

Nitur ambiens quis intra cenobij recipi disciplinam: nõ ante prorsus admittitur: q̃ diebus decem vel eo amplius p foribus excubans: indicium perseuerãtie ac desiderij sui pariterq; humilitatis ac patiẽtie demõstrauerit. Cũq; omnium pretereuntium fratrum genibus prouolutus: ⁊ ab vniuersis de industria refutat⁹ atq; despect⁹: tanq̃ qui non religionis sed necessitatis obtentu monasterium optet intrare: iniurijs quoq; ⁊ exprobrationibus multis affectus: experimentũ dederit cõstantie sue: qualisq; futurus sit in tẽptatiõibus: opprobrioꝝ tolerantia declarauerit: atq; ita fuerit exploratõ mẽtis ardore suscept⁹: diligentia summa perquiritur ne de pristinis facultatibus suis inheserit ei vel vnius nummi contagio. Sciunt enim eum sub monasterij disciplina diuturnuz esse non posse. ꝗ ne humilitatis quidẽ aut obedientie apprehensurum esse virtutem: nec vlla cenobij paupertate ac districtiõe contentũ fore: si in conscientia eius pecunie quantulũcunq; latitauerit: ꝗ vbi primũ exorta fuerit qualibet occasione cõmotio: fiducia stipis illius animatũ: continuo de monasterio velut funda rotante fugiturũ.

Quare qui in monasterio recipiunt: Ca. IIII.

Siccirco ne vsibus quidem cenobij profuturas suscipere ab eo pecunias acheschũt. Primũ ne confidentia huius oblationis inflatus: nequaq̃ se pauperioribus fratribus coequare dignet: tum ne per hanc elationem nullatenus ad hũilitatẽ christi descẽdens: cũ in disciplina cenobij nõ possit perdurare: egressusq; exinde ea que in principio renũciationis sue spiritali feruore succensus intulerat: tepefactus postea nõ sine iniuria monasterij sacrilego spiritu recipere atq; exigere moliat. Qõ omnimodis obseruari debere: multis sunt experimentis frequẽter edocti. Mã p alia minus cauta monasteria simpliciter q̃dã suscepti: de eis que intulerãt q̃q; in dei opere fuerant dispensata: cum ingẽti post blasphemia redibitionez poscere temptauerunt.

Cur hi qui renũciãt suscepti in monasterijs ꝓpria vestimẽta deponant ⁊ ab abbate alijs induantur:

Capitulũ. V.

Qua obrẽ ita nudat q̃q; cuz recept⁹ fuerit omni p̃stina facultate: vt ne ipm quidem q̃ optus ẽ indumentũ habere pmittatur vlterius: ꝗ in cõcilio fratrũ producitus in mediũ exuat ꝓprijs: ac p manus abbatis induat monasterij vestimẽtis: vt p hoc se nõ solũ vniuersis rebus suis antiquis nouerit spoliatũ: verumetiã omni fastu deposito mundiali: ad xpi paupertatẽ ⁊ inopiã descendisse: iãq; opib⁹ su-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

stentandum nō seculi arte quesitis: nec de infidelitate pristina reseruatis: ꝗ de sctis ac pijs monasterij largitionib⁹ mulitie sue stipēdia percepturū: atq; inde se deinceps vestiendū alēdūq; cognoscēs: ⁊ nihil hr̄e ⁊ nihilominus de crastino nō esse sollicitū ꝯm euāgelij discat sententiā: nec erubescat pauperib⁹ id est corpi fraternitatis equari: quib⁹ cōnumerari xp̄s: ⁊ quoꝝ se fratrē nō erubuit nūcupare: q̄n potius gloriet̄ domesticis ei⁹ factū se esse ꝯsortem.

matth.6.

Qua causa vestimenta renunciātiuz cuz quibus ingressi sunt monasterium: a dispensatore seruentur: Capi. VI.

Illa vero que deposuit vestimenta economo cōsignata tādiu reseruant̄: donec ꝓfectus ⁊ cōuersationis eius ac tolerantie virtutem diuersis tēptationibus ac ꝓbationib⁹ euidenter agnoscant. Et si quidē posse eū inibi perdurare tpe ꝓcedēte ꝑspexerint: ⁊ in eodē quo cepit feruore ꝑsistere: ĩdigentib⁹ eadē largiunt̄. Sin ꝯo q̄dam ex eo murmurationis vitium: vel parue cuiuslibet inobediētie culpā ꝓcessisse deprehenderint: exuētes eū monasterij q̄bus indut⁹ fuerat vestimentis: ⁊ antiq̄s reuestituz vestimētis que fuerāt sequestrata: depellūt. Nullū etem̄ fas est cū illis q̄ accepit abscedere: nec quemq̄ patiunt̄ illis adhuc indui: quem semel ab institutiōis sue regula tepuisse peruiderint. Vñ etiā copia nulli penitus palaz discedendi ꝯcedit̄: nisi aut in morē ꝯui fugacis captās densissimas tenebras nocte diffugiat: aut certe hoc ordine ⁊ ꝓfessione indicat⁹ indign⁹: cū ꝯfusione ⁊ nota corā cunctis fratrib⁹ deposita veste monasterij expellatur.

Cur in monasterio suscepti non permittātur statim cōgregationi fratrū cōmisceri: sed xenodochio aliq̄ tradant: Ca. VII.

Cum igit̄ q̄s susceptus ⁊ hac ꝑseuerantia quā dixim⁹ cōprobat⁹: ac depositis ꝓpijs vestimentis habitu mōasteriali fuerit accinctus: non statim cōgregationi fratrū cōmisceri permittitur: ꝗ deputat̄ seniori qui seorsum haud longe a vestibulo monasterij cōmanēs: hz curā pegrinoꝝ ⁊ adueniētiū deputatā: eisq̄ oēm diligētiā susceptiōis ⁊ humanitatis impēdit. Cūq̄ ibidem integro anno deseruiens abs q̄ vlla querela suū circa pegrinos exhibuerit famulatū: imbutus ꝑ hoc p̄ma institutiōe hūilitatis ac patiētie: atq; in ea lōga exercitatione p̄cognit⁹: admiscēdus ex hoc cōgregationi fratrū: alij tradit̄ seniori q̄ decē iuniorib⁹ p̄est: q̄s sibi creditos ab abbate instituit parit̄ ⁊ gubernat: ꝯm illud scz quod ordinatū in Exodo legimus per moysen.

Quibus primuz institutis iuniores exerceātur: vt ad superandas oēs ꝯcupiscētias ꝓficiant: Capi. VIII.

Cuius hec erit sollicitudo ⁊ eruditio p̄ncipalis: ꝑ quam iunior introduc⁹ ascendere ꝯsequēter etiā culmina ꝓfectionis summa p̄ualeat: vt doceat eū p̄mitus suas vincere volūtates: quem studiose in his ac diligēter exercēs: hec illi semp impare de industria cūrabit: q̄ senserit aīo ei⁹ esse ꝯtraria. Multis siquidē expimentis edocti: tradūt monachū et maxīe iuniores ne voluptatē q̄dez ꝯcupīe sue refrenare posse: nisi p̄us mortificare per obedientiā suas didicerit voluntates. Iōq̄ p̄nunciant nullatenus p̄ualere vel irā vel tristiciā vel spm fornicationis extinguere: ꝗ nec hu-

militatẽ cordis verã: nec cũ fratribus vnitatẽ ppetuã: nec firmã diuturnãq; posse retinere ꝓcordiã: sed nec in cenobio quidẽ diuti⁹ pdurare cũ: qui prius volũtates suas nõ didicerit superare.

Quare iuniorib⁹ impere tur vt seniori suo nihil d̃ cogitationib⁹ suis subtrahãt: Capi. IX.

His igit̃ institutis eos quos initiãt: velut elemẽtis quibusdã ac syllabis ibuere ad pfectionẽ atq; informare festinant: p hec ad liquidũ discernẽtes: vtruz ficta ⁊ imaginaria: an vera sint humilitate fũdati. Ad qd̃ vt facile valeant puenire: ꝓsequẽter instituuntur nullas penit⁹ cogitatiões pruritentes in corde pniciosa ꝓfusione celare: sed cõfestim vt exorte fuerint: eas suo patefacere seniori: nec sup earũ iudicio q̃cq̃ sue discretioni cõmittere: ꝗ illd̃ credere malũ esse vel bonũ qd̃ discusserit ac ꝓnunciauerit seniorꝭ examen. Itaq; fit vt in nullo circũuenire iuuenez callidus inimicus velut inexptũ ignarũq; p̃ualeat: nec vlla fraude decipe quez p̃uidet nõ sua ꝗ seniorꝭ discretiõe muniri: ⁊ suggestiones suas velut ignita iacula quecũq; in corei⁹ iniecerit: vt seniorez celet nõ posse suaderi. Aliter quippe subtilissim⁹ diabolus illudere vel deijcere iuniorez nõ poterit: nisi cũ eũ seu p arrogantiã siue p verecundiaz ad cogitationũ suarũ velamẽ illexerit. Generale nãq; ⁊ eudens indiciũ diabolice cogitationis esse ꝓnunciant: si eam seniori ꝓfundamur aperire.

Quanta obedientia iuniorib⁹ etiam in naturali necessitate tribuat̃: Capi. X.

Post hec tãta obseruãtia obedientie regula custodit̃: vt iuniores absq; p̃positi sui scientia vel pmissu: nõ solum nõ audeant cellã ꝓgredi: ꝗ ne ipsi quidẽ cõmuni ac naturali necessitati satisfacere sua auctoritate p̃sumãt. Sicq; vniuersa cõplere quecũq; fuerit̃ ab eo p̃cepta: tanq̃ si a deo sint celitus edita sine vlla discussione festinãt: vt nõnunq; etiam impossibilia sibimet impata ea fide ac deuotiõe suscipiant: vt tota ⁊tute ac sine vlla cordis hesitatiõe pficere ea aut cõsummare nitant̃: ⁊ nec impossibilitatem quidẽ precepti ꝓ seniorꝭ sui reuerentia metiant̃. De quo⁊ obedientia speciatim nunc dicere p̃termitto. Exẽplis eim̃ eã ipsis paulo post tradere suo loco disponim⁹: si d̃ns nob̃ oratiõib⁹ vestris dederit cõmeatũ. Nũc instituta cetera ꝓsequamur: p̃termittẽtes illa cõtexere que in hac regione vel tradi monasterijs vl'ab ipsis nequeũt custodiri: sicut in prefaciuncula nr̃a facturos nos esse ꝓmisim⁹: qd̃ scz nec laneis indumẽtis vtant̃ ꝗ lineis tantũ: ⁊ ne ipsis quidẽ duplicib⁹ q̃bus vicaria p̃posit⁹ vnusquisq; sue decanie sb̃ministrat cuz illa quibus vestiti sint sordui/se conspexerit.

Cuiusmodi cib⁹ apud eos delicatissimus habeatur: Capi. XI.

Illud quoq; arduũ atq; sb̃lime genus ꝓtinentie similiter p̃termittẽs: ĩ qua summe reputant̃ delitie si herba sale cõdita quã lapsaniũ vocãt aqua diluta ad refectionẽ fratribus apponat̃: altaq; cõplura his silia que in hac ꝓuincia nec aerũ tẽperies: nec q̃litas nr̃e fragilitatis admittit: illa tm̃m̃ ꝓsequar q̃ nulla carnis infirmitas non situs loci poterit impedire: si ea nõ fragilitas aẽ ac tepor mẽtis ademerit.

Qz ad sonitum pulsantis ostiũ nihil operis nõ omit-

tant studio celeriter accurrendi: Capi. XII.

Iacq; cōsidentes intra cubilia sua ⁊ operi ac meditationi studiū piter impēdētes: cum sonitum pulsantis ostium ac diuersoꝝ cellulas percutientis audierint: ad orationē eos scz seu ad op⁹ aliqd̄ inuitātis: certatim e cubilib⁹ suis vnusquisq; prumpit: ita vt is q̄ opus scriptoris exercet: quā reptus fuerit inchoasse lr̄am finire non audeat: ꝗ in eodē puncto quo ad aures eius sonit⁹ pulsantis aduenerit: summa velocitate psiliēs: ne tantū quidē more interponat: quantū cepti apicis ⁊ summet effigiē: ꝗ imperfectā lincā littere derelinquēs: non tā operis cōpendia lucra ve sectet: ꝗ obediētie virtutē exequi toto studio atq; emulatione festinet. Quaz nō solū operi manuū seu lectioni vl' silētio ⁊ quiet⁹ celle: verū etiā cunctis virtutib⁹ ita preferunt: vt huic iudicent oīa postponenda: ⁊ vniuersa dispendia subire contēti sint: dūmodo ꝗ bonū in nullo violare videantur.

Qz criminosuz habeatur si aliquid vel vilissimū quispiā suū dixerit: Capi. XIII

Nam sane virtute iter ceteras eoꝝ institutiones vel cōmemorare supfluū puto: qd̄ scz nulli cistellam: nulli peculiarem sportellam liceat possidere: nec tale aliquid qd̄ velut ꝓpriū retinēs suo debeat cōmunire signaculo. Quos ita nouim⁹ omni ex pte nudos existere: vt preter colobium: mauortē: caligas: melotem: ac psiathium nihil amplius habeāt: cum in alijs q̄z monasterijs in quib⁹ aliq̄ remissius indulgētur: hanc regulaz videamus strictissime nunc vsq; seruari: vt ne ꝓbo quidez audeat q̄s dicere aliq̄d suum: magnū q̄z sit crimē ex ore monachi ꝓcessisse; codicē meum; tabulas meas: graphiū meū: tunicā meā caligas meas: pq̄z hoc digna penitētia satisfacturus sit: si casu aliquo p subreptionem vl' ignorantiā huiusmodi verbū de ore ei⁹ effugerit.

Qz licet multa pecunia de vniuscuiusq; ope cōgerat: nullus tamē plumat excedere statute sufficiētie parcitatem: Capi. XIIII.

Et cū tantos vnusquisq; eorū quotidie de ope ac sudore ꝓprio redditus ⁊ ferat monasterio: vt ex his sustentare nō solum suā valeat parcitatez: verū etiā vsibus possit eruberare multoꝝ: in nullo tū inflatur: nec sibi de tanto opis sui questu ac sudore blandit⁹: ꝗ preter duo parimacia que tribus vix denarijs ibidez distrahūt⁹: nihil sibimet amplius vnusquisq; presumit. Inter quos nullū peculiare op⁹ quod pudet dicere: quod q̄z in nris monasterijs vtinā fieri nesciremus: non dicam effectu: sed ne cogitatione quidē ab aliquo penit⁹ affectat⁹. Cū q̄z totā enthecā cenobij suam credat eē substātiā: cū ctisq; reb⁹ vt omnū dūs oēm curā sollicitudinem q̄z impendat: ad retinendā nihilomin⁹ arrepte nuditatis virtutē: quā studet ad finē vsq; perfecte atq; inuiolabiliter custodire: ita semetipsum a cūctis extraneū ⁊ ex omnib⁹ iudicat alienū: vt tanq̄ pegrinū se gerat: ⁊ incolam isti⁹ mūdi: alumnū q̄z se potius monasterij reputet ac ministrū: q̄ dūm cuiuscunq; rei p̄sumat.

De immodico apud nos studio habendi: Ca. XV.

Ho hec nos miserabiles quid dicem⁹? qui in cenobijs commorantes: ac sub abbatis cura ⁊ sollicitudine ⁊stituti: pecliares circūferimus claues: omniq̄z pfessionis nostre verecundia ⁊ ⁊fusiōe calcata: etiā anulos quib⁹ recondita p̄-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

signem⁹ in digitis palã gestare nos
nõ pudet: quibus nõ solum cistelle
vel sporte: sed ne arce quidẽ vel ar-
maria: ad ea que cõgerim⁹ vel que
egressi de seculo reseruauim⁹ condẽ
da sufficiunt. Quicq ita nonnunq
pro vilissimus nullisq reb⁹ accẽdi-
mur: eas dumtaxat velut ꝓtias vẽ
dicantes: vt si quis vel digito quic-
q ex his cõtrectare ꝑsumpserit: tan-
ta cõtra eum iracũdia suppleamur:
vt cõmotionẽ cordis nostri a labijs
ac tota quidẽ corpis indignatiõe re
uocare nõ possim⁹. Sed ꝑtermissis
nostris vicijs: ⁊ his q̃ nec cõmemo-
rari quidẽ dignũ ẽ silẽtio traditis:
Ps. 16. fm illõ eloquiũ: Nõ loq̃tur os me-
um opa hoim: virtutes poti⁹ q̃ apõ
illos sunt: ⁊ ꝗ que nos q̃z oĩ studio
debem⁹ appetere: cepto narratiõis
ordine ꝓseqũmur: ipsasq iã regulas
ac typos eursim breuiterq ponam⁹
vt pueriẽtes post ꝗ ad quosdã act⁹
⁊ opa senioꝝ que studiose memorie
mãdare disponim⁹: hec q̃ nostra ex-
positione digesta sunt velut testimo
nijs validissimis roborem⁹: vniuer
sa q̃ dixim⁹ exẽplis eoꝝ potius ac vi
te auctoritate firmantes.

De regulis diuersarũ cor-reptionum: Ca. XVI.

Si quis igit̃ gillionẽ fictilem
quẽ baucalẽ nũcupant: aut
hmõi aliõ casu aliq̃ fregerit:
aut pdiderit aliq̃d: non aliter negli-
gentiã suam q̃ publica diluet peni
tentia: cunctisq in synaxi fratribus
cõgregatis: tãdiu ꝓstrat⁹ in terraz
veniã postulabit: donec orationuz
ꝓsummet solẽnitas: impetraturus
eam cũ iussus fuerit abbat⁹ iudicio
de solo surgere. Eodem mõ satisfa-
ciet quisquis ad opus aliqõ accersi
tus: vl̃ ad congregationẽ solitã tar
dius occurrerit: aut si decantãs psal
mum vel modicum titubauerit: Si-
militer si superfluo: si durius: si con
tumacius responderit: si negligenti-
us obsequia iniuncta compleuerit:
si vl̃ leuiter murmurauerit: si lectio-
nem operi vel obedientie preferẽs:
officia statuta segnius fuerit execu-
tus: si dimissa synaxi non concit⁹ ad
cellam recurrere festinauerit: si cum
aliquo vel ad modicum substiterit:
vel si ad punctum temporis vspiam
secesserit: si alteri⁹ tenuerit manũ:
si cum illo qui cellule sue cohabita-
tor non est confabulari quãtulum-
cunq presumpserit: si oraverit cum
illo qui est ab oratione suspensus: si
parentum quempiam vel amicoruz
secularium viderit: vel collocutus
eis sine suo fuerit seniore: si epistolã
cuiuscunq suscipere: si rescribere si-
ne abbate suo tẽptauerit. Hucusq
⁊ in huiusmodi ac similibus adnuis-
sis: ꝓcedit animaduersio spiritalis.
Residua vero que apud nos indif-
ferenter admissa: a nobis quoq re-
prehensibilius sustinẽtur: id est ap-
ta conuicia: manifesti contemptus:
contradictiones tumide: libera ⁊ ef-
frenata processio: familiaritas apõ
feminas: ire: rixe: simultates ⁊ iurgia:
operis peculiaris presumptio: phi-
largyrie cõtagio: affect⁹ atq posses-
sio rerũ supfluarũ que a ceteris fra-
tribus non habent̃: extraordinaria
ac furtiua cibi refectio: ⁊ his simi-
lia: non illa increpatione quaz diri-
mus spiritali: sed vl̃ plagis emendã-
tur: vel expulsione purgantur.

Quibus auctorib⁹ sit iniũctum vt reficientibus fratribus sacre lectiões in cenobijs recitentur: ⁊ quantum apud egyptios ꝓtebatur silentium: Ca. XVII.

Illud autem vt reficientib⁹
fratribus sacre lectiones in
cenobijs recitentur: non de
typo egyptiorum processis-
se: sed de Cappadocuz nouerimus.
Quos nulli dubium est non tã spi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ritalis exercitationis causa cq̃ cõpescende supflue ocioseq̃ ꝓfabulationis gratia: ⁊ maxime contẽtionũ q̃ plerũq̃ solent in cõuiuijs generari: hoc statuere voluisse: videntes eas aliter apud se non posse cohiberi. Apud egyptios eñ vel maxĩe tabẽnẽsiotas tantũ silentiũ ab oĩbus exhibet: vt cũ in vnum tanta numerositas fratrũ refectionis obtentu consederit: nullus nec mutire quidẽ audeat p̃ter eum qui sue decanie p̃est. Qui tamẽ si quid mense supferri vel auferri necessariũ esse puiderit: sonitu potius cq̃ voce significat. Tãtaq̃ vescentib⁹ eis silentij hui⁹ disciplina seruat: vt cucullis vltra oculoꝝ palpebras demissis: ne scz liber aspec⁹ habeat curiosius copiã euagandi: nihil ampli⁹ intucant cq̃ mẽsam: ⁊ appositos in ea vel quos ex ea capiunt cibos: ita vt quẽadmodum vel quantũ reficiat alius: nullus inuicem notet.

Q̃ illicitum sit extra mensam cõmunem quicq̃ cibi potusve gustare: Lap̃. XVIII.

Hatecq̃ vel postcq̃ legitimam cõmunẽq̃ refectionẽ p̃cipiant: summa cautione seruat ne extra mensam quicq̃ cibi penit⁹ ori suo quisquã indulgere p̃sumat: vt incedentib⁹ p hortos ⁊ pomaria: cum passim blãdeq̃ per arbores poma pendẽtia non solum obijciant se pectoribus transeuntiũ: verũ etiam strata per terram cõculcanda pedibus offerant: atq̃ ad colligendũ parata facile ad consensum cõcupiscẽtie illicere valeãt intuentes: ⁊ oportunitate vel copia quãuis districtos atq̃ abstinentissimos ad sui desideriũ prouocare: sacrilegum ducatur non modo quicq̃ ex his degustare: verumetiam manu contingere: absq̃ eo quod palam cunctis in cõmune reficientibus exhibetur: ⁊ ad percipiendũ economi dispensatione p fratrum obsequia publice mĩstrat.

Quẽadmodum per palestinam vl mesopotamiã quotidiana fratribus exhibeãtur obsequia: Ca. XIX.

Nec quid sane de institutis cenobiorum pretermisisse videamur: quẽadmodum quotidiana fratribus etiam per alias regiones exhibeantur obsequia: commemorandum breuiter puto. Per cunctam nãq̃ mesopotamiã: palestinam ⁊ cappadociam ac totum orientem: singulis hebdomadibus vicissim fratres ad hec officia sibi reddẽda succedũt: ita vt ꝗm cenobij multitudinem: ministrorũ quoq̃ numerus deputetur. Que explere tanta deuotione ⁊ humilitate properant: quanta nullus seruorum virissimo domino ac prepotenti exhibet suum famulatum: ita vt ne istis quidẽ solis cõtenti obsequijs que canonico iure soluuntur: etiam nocte surgentes illos quibus specialiter hec manet cura studio suo releuent: ⁊ ea q̃ ab ipsis perficienda sunt: furtim preuenientes implere contendãt. Has autẽ septimanas vnusquisq̃ suscipiens: vsq̃ ad cenam dominici diei m ꝗnistraturus obseruat. Qua peracta ministerium totius hebdomadis ita cõcluditur: vt hi quibus succedendum est: cõueniẽtibus in vnũ fratribus ad concinendos psalmos quos quieturi ex more decantant: oñibus in ordine pedes lauẽt: hãc scilicet ab eis pro labore totius septimane benedictionis mercedem fideliter expetentes: vt eos explentes mandatum christi: emissa generaliẽ ab omnibus fratribus oratio prosequatur: que vel pro ignorationib⁹ intercedat: vel pro admissis humana fragilitate peccatis: ⁊ cõmendet deo velut sacrificiũ pinguẽ ꝓsumata eoꝝ ꝑuotiõis obsequia. Itaq̃ secũ/

da sabbati post matutinos hymnos alijs rursum succedentibus: vtensilia in quib⁹ ministrauerant ac vasa consignant: que tanta sollicitudine curaq; suscipientes custodiunt: ne quid ex eis imminuatur vl' pereat: vt credãt se etiã p minimis q̃busq; vasis tanq; p sacroscrĩs rõnem: nõ solũ dispẽsatori presenti: sed etiam dño redditurus: si forte aliquid ex eis negligentia eorũ fuerit imminutum. Cui⁹ disciplinę qui modus sit vel quãta fide ⁊ cautione seruetur: vno testimonio: qd̃ exempli gratia ponã: poterit⁹ agnoscere. Sicut eñ studemus satisfacere vestro feruori: quo plenã vniuersorũ cognitionem desiderantes: etiã ea que optime nostis hoc libello vobis cupitis iterari: ita veremur mensuram breuitatis excedere.

De tribus lẽticulę granis ab economo repertis: Capitu. XX

IA septimana cuiusdam fratris cũ preteriens economi⁹ tria lenticule grana vidisset iacere in terra: que hebdomadario festinanti dũ ea preparat coctioni: inter manus eius aqua qua diluebãtur elapsa sunt: cõfestim super hoc abbatem cõsuluit. A quo velut interuersor neglectorq; sacri peculij iudicatus: ab oratiõe suspensus ẽ. Cuius negligentie reatus nõ aliter ei remissus est: nisi cum publica penitentia diluisset. Non solum enim seipsos non esse suos: sed etiã oñia que sua sunt credunt dño ꝓsecrata. Propter qd̃ si quid fuerit in monasterio semel illatum: vt sacrosanctũ cũ oñi decernũt reuerentia debere tractari. Tantaq; fide vniuersa p̃curant atq; dispensant: vt etiã ea q̃ despectui habent̃: paruaq; reputãtur ac vilia: si vel loco mouerit vl' cõpetẽtius collocauerint: si gillonẽ aqua impleuerint: si ex eo cuiq; obtulerint ad bibendũ: si tenuẽ festucam de oratorio cellave submouerint: mercedẽ se consecuturos a domino tota credulitate confidant.

De spontaneo quorũdam fratrum ministerio: Capitu. XXI.

NOuimus fratres in quorũ septimana cũ accidisset tanta lignor penuria: vt nõ eẽt penitus vnde soliti cibi fratrib⁹ pararentur: ⁊ donec possent coempta deferri vt xerophagia cõtenti eẽnt: abbatis fuisset auctoritate p̃ceptũ: esset q̃ hoc vniuersis placitum: nec quisq; posset vllum coctiõis sperare pulmentũ: illos velut qui fructu ac mercede sui laboris ⁊ obsequij fraudarent̃: si in ordine vicis sue cibos fratribus non scõm consuetudinem parauissent: tantum sibi spõtanei opis ac sollicitudinis indiuisse: vt in illis aridis ac sterilib⁹ locis in q̃bus ligna nisi ꝗ fructiferis arboribus excidant̃: oñimodis nequeunt inueniri. Nec eñ vt apd̃ nos vl la reperiunt̃ fruteta syluestria: p extenta auia discurrentes: ⁊ eremum que versus mare mortuũ tenditur obeuntes: festucas tenues ac spinulas quas ventus huc illucq; disperserat: suo sinu ⁊ gremijs colligẽtes: cunctã solennitatẽ cibor spontaneis obsequijs prepararent: ita vt de solita prebitione nihil paterent̃ imminui. Tãta fide hec sua munia fratribus exhibentes: vt etiaz cũ illos honeste posset vel lignor excusare penuria vel abbatis imperium: pro fructu suo atq; mercede noluerint hac abuti licentia.

De egyptiorum typo qui ẽ super quotidianis fratrũ statutis obsequijs: Capitu. XXII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hec dicta sint scōm typum vt prefati sumus totius oriētis: quem etiam in partibus nostris necessario dicimus debere seruari. Ceteruz apud egyptios quib⁹ maxima cura est operis: non est hebdomadarum mutua vicissitudo: ne sub occasione huius officij ōnes ab operis canone impediātur: sed vni probatissimo fratrum cellarij vl'coquine cura committitur: qui perpetuo donec vires eius vl' etas admittit: iugiter opus istud exerceat. Hō enim magno labore corpis fatigatur: quia nec tāta cura inter eos parandorum ciborum vel coctiōis impenditur: quippe qui maxime xerophagijs vel homophagijs vtūtur: ⁊ apud quos secta singlis mensib⁹ porrorum folia: labsania: salfrictuz oliue: pisciculi minuti salliti: quos illi menominia vocant: summa voluptas est.

De obedientia abbatis ioannis per quā vsqz ad prophetie profectus est gratiam: Capi. XXIIII.

Et quoniaz hic liber de institutione est eius qui renunciat huic mundo: per quā scilicet introductus ad humilitatez veram ⁊ obedientiaz perfectā ceterarum quoqz virtutū culmina possit ascendere: necessariū reor quedam seniorū gesta quibus per hāc enitucere virtutem: exēpli gratia: sicut ꝓmisimus explicare: de multis admodum pauca carpētes: vt studentib⁹ sublimiora sectari: non solum incitamentū ex his vite perfecte: sed etiaz ꝓsiti forma procedat. Cōbrem duos vel tres pro libelli hui⁹ compēdio de tam innumera patruz multitudine ꝓferētes ponimus. Primū abbatem ioannē qui cōmoratus est iurta Lico quod est oppidū thebaidis: quiqz propter obedientie virtutem vsqz ad prophetie gratiam sublimat⁹: sic vniuerso claruit orbi: vt etiam regibus mundi huius merito suo redderetur illustris. Nam cum in extremis vt dixim⁹ thebaide partibus cōmaneret: non ante presumebat Theodosius imperator ad prepotentiū bella tyrannorū procedere: ꝗ oraculis illius aiaretur atqz responsis. Quibus cōfidens velut celit⁹ sibi delatis: trophea de bellis desperatis atqz hostib⁹ reportabat.

De ligno itaqz arido quod idem abbas ioanes ad arbitrium seniorīs sui quasi adolenduz rigare non destitit: Capi. XXIIII.

Hic itaqz beatus Ioannes ab adolescentia sua vsqz ad pfectam ac virilez etatē seniori deseruiens: donec ille in huius vite conuersatione duraui: tanta humilitate inhesit eius obsequijs: vt ipsi quoqz seni stuporem summū obedientia eius incuteret. Cuius hanc virtutem vtruz de vera fide ac profunda cordis simplicitate descenderet: an affectaticia esset: ⁊ quodāmodo coacticia atqz ad imperantis faciem preberet: volēs manifestius explorare: ꝗplura ei etiam superflua minusqz necessaria vl'impossibilia frequentius iniungebat. Ex quib⁹ tria ponam: per que manifestari possit volentibus scire vel mentis eius vl' subiectiōis integritas. Sumpsit itaqz de lignario suo senex virgultum: quod olim excisum vsibus foci fuerat preparatuz: dūqz coctionis retardaret occasio: non modo aridum: ꝫ prope putre iacebat temporis vetustate. Cunqz hoc coram ipso fixisset in terrā: ꝑcepit aduecta aqua quotidie bis rigari: vt sez diurnis humoribus radicatum: atqz per aquā in arborem diffusis ramis reuiuiscens: amenitatem oculis atqz umbraculū in estu feruenti subter residentibus

exhiberet. Quod preceptum venerationе solita sine vlla impossibilitatis consideratione suscipiens adolescens: ita quotidianis diebus expleuit: vt aquã per duo ferme milia indesinenter apportans: nullatenus lignũ rigare cessaret: atq; per totũ anni spacium nõ infirmitas corporis: non festiuitas solennitatis: nõ occupatio necessitatis vllius que illũ etiam honeste excusaret ab executione mandati: non denicq; hyemis asperitas intercedens: ab huius obseruatione p̃cepti potuerit impedire. Cũq; eius hanc sedulitatem tacitus senex latenter diebus singulis exploraret: ⁊ videret cum simplici cordis affectu mandatuz suũ velut diuinitus emissum sine vlla permutatione vultus vel rationis discussione seruare: sinceram humilitatis eius obedientiam comprobans: pariter etiã miserans tam longum laborem quẽ per totum anni spacium studio deuotionis impenderat: ad virgultuz aridum accedens: Quinquit ioãnes misit ne radices hec arbor an non? Cũq; ille se nescire dixisset: senex velut inquirens rei veritatem: ⁊ tanq̃ temptans vtrum iam suis radicib̃ niteretur: euulsit coram ipso leui cõmotione virgultũ: sicq; ꝓijciens illud: precepit vt deinceps rigare desineret.

De proiecto ab abbate ioanne vase vnico olei ad senioris imperium: Ca. XXV.

Itaq; cum huiusmodi exercitijs eruditus quotidie iuuenis in hac parẽdi virtute succresceret: ⁊ humilitatis eiꝰ enitesceret gratia: atq; obedientie suc suauis odor per monasteria vniuersa fragraret: quidã fratrum probatiõis: immo edificationis obtentu venientes ad senem: cum subiectionem eiꝰ quam audierant mirarentur: vocãs eum repente senex: Ascẽde ait: ⁊ sumens lenticulam olei: que sola in eremo suis vel aduenientiuz vsibus liquorem pinguedinis tenuissimuz ministrabat: deorsum proijce per fenestram. Quam ille cũ ad superiora concit̃ peruolasset: per fenestrã proferens cõminuendaz dimisit ad terram: parũ cogitãs vel retractãs precepti ineptiam: diurnam necessitatem: infirmitatem corporis: penuriam sumptuũ: cremi squalentis angustias ac difficultates: in qua etiaz si pecunia suppeditaret: nihilominꝰ perdita species inueniri repararicq; non posset.

Quẽadmodum abbas ioannes suo obedierit seniori ad aduoluendũ saxũ qõne a multis quidẽ possibile erat mouerī: Ca. XXVI.

Hijs rursum edificari cupiẽtibus obedientie huius exẽplo: vocãs eum senior: curre inquit ioannes: saxum illud huc aduolue q̃ totius. Qui cõfestim saxum immane quod turbe multe hominum vel mouere nõ possent: applicita nunc ceruice: nũc toto pectore: tanto nisu atq; conatu prouoluere contendebat: vt sudore omnium membroꝝ suorũ: nõ solũ totũ infunderet vestimentum: sed etiam saxuz ipsum suis ceruicibus humectaret: in hoc quoq; paruz metiens impossibilitatem precepti vel facti pro reuerentia senioris ⁊ obsequij simplicitate sincera: qua credebat senẽ tota fide nihil posse incassuz ac sine ratione precipere.

De humilitate ⁊ obedientia abbatis Lucij qua in proijciendo in fluuiu parũulo filio ex precepto senioris nõ hesitauit implere: Capi. XXVII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hucusq; abbatis iobis pauca dirisse de mltis sufficiat: Nūc abbat Mucij factū memoria dignū cōprehendā. Hic nāq; abrenunciare desiderās huic mūdo: tam diu ꝓ forib⁹ monasterij excubās pdurauit: donec immobili pseuerantia sua cōtra oēm cōsuetudinē cenobiorum cū filio suo paruulo qui octo circiter erat annorū: vt susciperet: eliceret. Cunq; tandē recepti fuissent: cōfestim non solū diuersis prepositis traditi: verū etiā celle habitatione seiuncti sunt: ne scilicet iugi visiōe puuli reminiscerēt patē: ex oñi sua quā renuncians abiecerat facultate atq; affectione carnali saltem sibi filiū supesse: ⁊ quēadmodū se iam diuitem nō eē sciebat: ita etiā patrē se eē nesciret. Nō vt plenius probaret: vtrū videlicet plus faceret affectionē sanguinis ac suorum viscerū charitatē: an obedientiā ⁊ mortificationē christi: quā renunciās quisq; pro eius debet amore preferre: de industria negligebat puulus: pannis potius q̄z vestimentis indutus: sordib⁹ quoq; ita obsitus ac fedatus vt offendere poti⁹ q̄z delectare paternos oculos posset q̄tiens ab eo fuisset aspect⁹: ꝗ etiā colaphis atq; alapis expositus diuersorū: quas plerū q̄z sub obtutib⁹ suis innocenti paruulo etiā gratis cernebat inferri: ita vt nūq̄z genas ei⁹ nisi lachrymarū sordentibus vestigijs videret infectas. Cunq; taliter infans sub oculis eius ꝑ dies singulos ageretur: ꝑ amore nihilominꝰ christi: ⁊ obedientie virtute rigida semp atq; immobilia patris viscera pmanserunt. Non em iam reputabat suū filiū quē secuz pariter obtulerat christo: nec curabat de presentibus eius iniurijs: sed poti⁹ exultabat q̄ eas nequaq̄z infructuose cernebat tolerari: parū cogitans de lachrymis eius: ꝗ de ꝓpria humilitate: ac perfectione sollicitus. Quā di strictionē mentis illius atq; immobilem rigorem peruidens cenobij senior: ad comprobandā penitus animi eius constantiā: cū plorare quadam die vidisset infantē: simulās se aduersus cū cōmotum: precepit patri vt tollens eū iactaret in flumen. Tunc ille velut a domio sibi hoc p̄ceptū esset: confestim celeri cursu rapiens filium: vlnis ꝓprijs vsq; ad oram fluminis aduexit iactaturus. Nō ꝑfecto feruore fidei ⁊ obedientie eiꝰ fuisset opere consummatū: nisi procurati fuissent de industria fratres: qui sollicite ripam fluminis obsiderent: ꝓiectū q̄z iam ⁊ quodāmodo de fluminis alueo puulū rapuissent: ⁊ consummationē precepti obsequio ꝓis ac deuotione cōpletam: ab effectu operis atq; ab ipso fine reuocassent.

Quēadmodū reuelatū sit abbati de patre mucio op⁹ eū abrae fecisse: ⁊ q̄ defuncto eidem abbati idem pater mucius i monasterij administratione successerit: Capitu. XXVIII.

Cuius fides atq; deuotio in tantū deo fuit accepta: vt diuino statim testimonio comprobata sit. Reuelatū nanq; est cōtinuo seniori: hac eum obedientia abrae patriarche op⁹ implesse. Cūq; breui tpe transacto idē abbas cenobij de mundi hui⁹ commoratione migraret ad dñm: hunc preponens cunctis fratrib⁹ successorez sibi: atq; abbatē monasterio dereliquit.

De obedientia fratris qui decem sportas circūferēs publice distraxit ad abbatis imperium: Capi. XXIX.

Non tacebimus etiam nobis cognitum fratrem fin seculi

huius ordinem summe familie. Mã patre comite ac ditissimo oriundus fuit: studijs quoq; liberalibus non mediocriter institut⁹. Qui relictis parentibus cum ad monasteriũ peruolasset: ad cõprobandã mentis humilitatez vel fidei et⁹ ardorem: confestim ei a senioze p̃ceptũ est: vt decez sportas quas necesse nõ erat publice vendicari: ceruicibus suis onerans distrahẽdas per plateas circũferret: adiecta cõditione qua diuti⁹ in hoc officio retineretur: vt si forte eas vnus pariter coemere voluisset nõ cederet: sed singillatim eas querentibus venũdaret. Quod ille tota deuotione cõpleuit: ⁊ omni ꝓfusionis verecundia pro noĩe ac desiderio christi calcata: sportas humeris suis imponens precio statuto distraxit: ac pecuniã ad monasterium reportauit: ne quaq; pter ritus tã vilis ⁊ insueti officij nouitate: nec considerans indignitatem rei: nataliũq; splendorẽ: ac venditionis iniuriam: dum illam christi humilitatez q̃ est vera nobilitas: ꝑ obedientie gratiam desiderat obtinere.

De abbatis pynufij humilitate: q̃ relicto cenobio celeberrimo cui presbyter p̃erat: longinquũ monasterium in quo velut incipiens susciperetur desiderio subiectionis expetijt:

Capi. XXX.

Cartat nos libelli mod⁹ ad finẽ tendere: sed obedientie bonũ que inter ceteras virtutes primatũ tenet: non patit nos eorũ gesta qui per hanc claruerunt penitus silẽtio p̃terire. Propt q̃ vtrũq; cõgrue tẽperantes: id est tãbreuitati q̃z studiosoꝝ desiderijs atq; vtilitatibus seruientes: vnũ adhuc ponemus humilitatis exemplũ q̃ non ab incipiẽte ſ a perfecto atq; abbate cõpletũ: non soluz iuniores instruere: ſ etiã seniores ad perfectã humilitatis virtutem lectione sua poterit incitare. Vidimus itaq; abbatem pynufium: qui cũ esset immanis cenobij p̃sbr: q̃ est ĩ egypto non longe a panefisi ciuitate: ⁊ pro ipsa reuerentia: vel vite sue: vel etatis: vel sacerdotij: cũ ctis honorabilis ac venerandus existeret: Videẽs se ꝑ hoc ipso humilitatẽ illam quaz ſm sue mentis ardorem cõcupierat exercere nõ posse: nec habere q̃ virtutem desiderate subiectionis extẽderet: clam fugiẽs de cenobio secessit solus in thebaidos vltimas partes. Ibiq; deposito habitu mõachorum: assumpta seculari veste cenobium tabenensiotaꝝ expetijt: quod sciebat cunctis esse districtius: ⁊ in q̃ se vel pro longitudine regionis credidit ignorandũ: vel ꝑ magnitudine monasterij ac multitudine fratrũ facile posse celari. Vbi diutissime ꝑ foribus perseuerans: cunctoꝝ fratrum genibus pronolutus: vt susciperetur summis precib⁹ exorabat. Cunq; multo despectu tãdez fuisset admissus: q̃ sez decrepit⁹ senex ⁊ qui omnẽ suaz peruixisset etatẽ ingredi cenobiũ postularet: quo tempore iã ne deseruire quidẽ suis voluptatibus p̃ualeret: ac ne hoc quidẽ ip̃m causa religionis expetere eũ assererent: ſ famis ⁊ inopie necessitate ꝓstrictũ: vt seni nulliq; opi penit⁹ apto: horti cura diligẽtiaq; mãdat. Quã sub alio fratre iuniore q̃ eũ sibi creditũ retinebat exercẽs: sicidẽ subdebat: tantaq; obedientia desideratam humilitatis excolebat virtutem: vt nõ solũ ea que ad horti curam diligentiãq; pertinebant: verũ etiã vniuersa officia que cunctis erãt aspera vel indigna: atq; ab oñib⁹ ducebant horroꝝ: tota quotidie sedulitate cõpleret. Ꝓplura etiã nocte consurgẽs ita furtim nullo teste vel conscio tenebzis occulẽ,

tibus efficiebat: vt penitus auctorē
operis nemo deprehēderet. Cum q̃q
ibidē triennio delitescēs: dispersis
p vniuersam egyptū vbiq̃ fratribꝰ
quereretur: a quodā tandē visus q̃
de egypti partibus cōmearat: vir po
tuit pre humilitate habitꝰ sui ac vi
litate officij quod gerebat agnosci.
Mā sarculo deorsum incurrus laxa
bat olerib⁹ terram: deinde stercus
humer⁹ suis aduectans: eor radici
bus ingerebat. Cū q̃q hec intuēs fra
ter sup agnitione eius diutissima fu
isset hesitatione detentus: ꝓius tā
dem accedens: ⁊ non solū vultum ſ
etiā sonum vocis diligenter explo
rans: ad pedes eius cominus proci
dens: primo quidem super hoc stu
porem summum videntibus cūctis
incussit: cur videlicet istud fecerit ei
qui apud ipsos velut nouicius ac ō
seculo nuper egressus habebat ex
trem⁹: Post vero miraculo sunt ma
iore pcūlsi: cum eius nomē q̃ ap̄ō
ipsos quoq̃ magna fuerat opinione
cōpertum protinus ꝓdidisset. A q̃
vniuersi fratres prioris ignorantie
veniam postulantes: q̃ eum vide
licet tanto tpe inter iuniores ac par
vulos deputassent: Inuitum ac flen
tem (q̃ invidia diaboli digna sibi
fuisset conuersatione atq̃ humilita
te fraudatus: quā diutissime requi
sitam tandem aliq̃ū se inuenisse gau
debat: nec meruisset vitā suam in il
la quā arripuerat subiectiōe finire)
ad propriū cenobiū reduxerunt: cu
stodientes eum summa diligentia:
ne ab eis quoq̃ similiter quoq̃ di
lapsus aufugeret.

Quēadmodum abbas pynufius reductus in monasteriuz suū: modico tēpore cōmorans iterū fugerit in partes syrie: Ca. XXXI.

Vbi cum fuisset modico tem
pore demorat⁹: eodē rursus
humilitat⁷ desiderio atq̃ ar
dore succensus: captās nocturna si
lentia: ita diffugit: vt iam ꝓuinciam
non vicinam: ſ ignotas ⁊ alienas lō
geq̃ diuisas regiōes expeteret. Nā
conscendens nauē in palestine par
tes cōmeare festinauit: credēs se tu
tius latitaturum: si ad illa semetipm
aspōrtaret loca in quib⁹ ne nomen
quidez suum fuisset auditum. Quo
cum aduenisset: nostrum monasteri
um ꝓtinus expetiuit: quod non lon
ge fuit a speleo in quo dñs noster ie
sus christus ex virgine nasci dignat⁹
est. In quo permodico tempore de
litescēs: scdm sententiā dñi: tanq̃ ci matth. 5.
uitas super montem posita diutius
abscondi non potuit. Nam ꝓtinuo
quidam fratrū qui ad loca sancta ō
egypti partibus orationis causa cō
uenerant: agnitum eū summa vi p̄
cum ad cenobium suum reuocarūt.

Quē precepta dedit idem abbas Pynufi⁹ fratri quē in suo monasterio sub nostra recipiebat presentia: Capi. XXXII.

Hanc igitur senem pro illa q̃
nobis fuerat apud ipsum in
monasterio nostro familiari
tas: cū post hec in egypto studiosiſſi
me requisissem⁹ exhortationē quaz
dedit fratri quē sub nostra p̄sentia ī
cenobio suo recipiebat: quia puto
ex hac posse aliquid instructiōis ac
cidere: animus est opusculo huic in
texere. Nosti ait quot dieb⁹ p fori
bus excubans: hodie sis receptus.
Cui⁹ difficultatis causaz p̄mit⁹ de
bes agnoscere. Poterit enim tibi in
hac via quā ingredi cōcupiscis mul
tū ꝓferre: si rōne ei⁹ agnita ad chri
sti seruitium cōseq̃nter ac sicut opor
tet accesseris.

Q̃ sic̄ magna remuneratio monacho debet scdm institutionē patrū laborati: ita ⁊ pena similiter tribuatur:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et iccirco non debeat quis facile admitti in monasterio: Ca. XXXIII.

Sicut nanq; immensa gloria fideliter seruiẽtibus deo: ac ꝓm regule institutionẽ ei coherentib⁹: reprõmittitur ĩ futurum: ita pene grauissime preparant⁹ his qui tepide eã negligenter q; fuerint executi: & ꝓm hoc qd̃ ꝓfessi sunt: vl̃ quod ab hoĩbus esse credunt⁹: fructus etiam cõgruos sanctitatis: eidẽ exhibere neglexerint. Melius ẽ eñ scõm scripture sententiã non vouere quenq̃: q̃ vouere & nõ reddere. Et: Maledict⁹ q̃ facit opus dei negligẽter. Ideo igitur a nobis diutissime refutatus es: nõ qz tuã vel omniũ salutem nõ toto desiderio cupiamus amplecti: & his qui ad christũ cupiunt peruenire: etiã procul occurrere nõ optemus: sed ne temere recipientes: & nos apud deuz leuitatis: & temetipsum reum grauioris supplicij faceremus: si ad presens facile susceptus: nec pondus professionis huius intelligens: vel destitutor p⁹ hec vel tepidus extitisses. Quã obrem ipsam causam abrenũciationis debes in ꝑmis agnoscere. Qua pspecta: q̃d te oueniat agere: ex eiꝰ ratione manifestus instruaris.

Eccs. 5.

Hiere. 48

Q abrenũciatio nostra nihil sit aliud q̃ mortificatio & imago crucifixi: Ca. XXXIIII.

Abrenũciatio nihil est aliud q̃ crucis ac mortificatõis ĩdicium. Ideoq; noueris hodierno die te huic mũdo & actibus eius ac desiderijs esse defunctuz: teq; ꝓm aplm mũdo huic eẽ crucifixũ: tibi q; hũc mundũ. Considera q̃ cõditiões crucis sub cuius te deinceps sacramento oportet in hac luce versari: qz iam tu non viuis: sed ille viuit in te qui est crucifixus pro te. Eo ergo habitu ac figura qua ꝓ nobis in patibulo fuit ille suspensus: nos quoq; necesse est ĩ hac vita degere: vt scz ꝓm dauid affigẽtes timore domini carnes nostras: vniuersas voluntates nr̃as ac desideria: non nr̃e cõcupiscentie seruientia: ꝓ mortificationi eius habeamus affixa. Sic eñ dñi preceptũ ĩplebim⁹ dicẽtis: Qui nõ accipit crucẽ suã & sequit⁹ me: nõ est me dign⁹. Qz forte dicas: Quõ potest homo crucẽ suã iugiter portare: vel quẽadmodũ viuens quis possit esse crucifixus? Audi rationẽ breuiter.

Bal. 6.

Bal. 2.

Psã. 118.

math. 10.

Q crux nostra timor domini sit: Ca. XXXV.

Crux nostra timor dñi ẽ. Sicut ergo crucifixus quis iam non pro animi sui motu mẽbra sua quoq; mouendi vel cõcurrendi habet potestatẽ: ita & nos voluntates nostras ac desideria nõ ꝓm id quod nobis suaue est ac delectat ad presens: sed ꝓm legem domini q̃ nos illa constringerit: applicare debemus. Et sicut is qui patibulo crucis affigitur: non iam presentia contemplatur: nec d̃ suis affectationib⁹ cogitat: non pro die crastino sollicitudine curaq; distenditur: nulla possidendi concupiscẽtia permouetur: nulla superbia: nulla contẽtione: nulla emulatione succendit⁹: non de p̃sentibus dolet iniurijs: non preteritaruz iam recordatur: seq; cum adhuc spirat in corpore: cunctis elemẽtis credit esse defunctum: illuc ꝑmittens sui cordis intuitum: quo se non dubitat illico transituz: ita nos quoq; timore dñi crucifixos: oportet his omnib⁹ id est nõ solũ carnalib⁹ vitijs verũ etiã ipis elemẽt⁹ mortuos eẽ: illuc hãtes oc̃los aĩe nr̃e defixos: quo nos sperare debem⁹ momẽtis singulis migraturos. Hoc enim mõ mortificatas poterim⁹ vnũsas concupias nr̃as & affect⁹ hr̃e carnales.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Q renunciatio nostra nihil prosit si ijsdem quib' renunciauim' implicemur:

Capi. XXXVI.

Caue ergo ne qd aliqn eorum resumas que renunciãs abiecisti: ⁊ ꝓta dñi interdictũ de agro eu ãgelice opationis reuersus: inueniaris tunica tua q̃ te expoliaueras reuestiri: neq ad humiles terrenasq mundi huius ꝓcupiscentias ac studia reuoluaris: ⁊ contra eu ãgelij mandatũ de perfectõis tecto descẽdens: tollere aliq̃d presumas ex his que abrenuncians abdicasti. Caue ne parentũ: ne affectionis pristine recorderis: ⁊ ad curas huius seculi sollicitudinesq reuocatus: fm saluatoris sententiã ponẽs manũ tuam super aratrũ ⁊ aspiciẽs
Luce.9. retro: regno celoq aptꝰ esse non possis. Caue neq ũ supbiã quã nunc incipiens ardore fidei ac pia humilitate calcasti: cum ceperis psalmoq vel pfessionis huius quandã noticiam degustare: paulatim elatus resuscitare mediteris: ac fm aplĩ sententiã
Gal.2. Que destruxisti iterũ reedificãs p̃uaricatorem ꝓstituas temetipsum: sed potius vt in hac nuditate quam corã deo ⁊ angelis eius pfessus es ad finem vsq pdures. In hac quoq humilitate ac patiẽtia: qua vt susciperis in monasterio decem diebꝰ p fozibꝰ perseuerãs multis lachrymis implorasti: nõ solũmodo persistas: verũ etiaz pficias atq succerescas. Satis em̃ miserũ est vt cũ debeas a rudimentis ac primordijs tuis prouehi ⁊ ad pfectionẽ tendere: etiã ab ipis incipias ad inferiora decidere. Non em̃ qui ceperit hec: sed
matth.10 et.24. qui perseuerauerit in his vsq in finem: hic saluus erit.

Q diabolus nostro fini sp insidiet: ⁊ nos eius caput iugiter obseruare debeamus:

Ca. XXXVII.

Versutus em̃ serpẽs calcanea nostra semp obseruat: id est insidiat̃ exitui nostro: ⁊ vsq in finẽ vite nostre nos supplantare conatur. Et iccirco bñ cepisse nihil pderit: nec pleno feruore renunciationis arripuisse principia: si hec ꝓgruꝰ etiã finis sit̃ nõ ꝓmẽdauerit atq ꝓcluserit: xp̃iq humilitas atq pauptas quã nũc corã ipo pfessus es: vsq ad extremũ vite quẽadmodũ arrepta ẽ a te ñ fuerit custodita. Qd vt possis implere: tu eius capita: id est cogitationuz p̃ncipia semp obsua: ad seniorem scz mox ea deferens. Ita em̃ disces pnitiosa eiꝰ initia ꝓterere: si nihil ex eis seniori tuo erubueris reuelare.

De renunciantis preparatione aduersuz tẽptatões: ⁊ de paucis imitandis:

Ca. XXXVIII.

Qa propter fm scpture sententiam: egressus ad seruiendum dño: sta in timore dei: ⁊ p̃para aiam tuã nõ ad requiẽ: non ad securitatem: nõ ad delitias: ꝑ ad tẽptationes ⁊ angustias. Per multas em̃ tribulatiões oportet nos intrare in regnũ dei. Angusta nãq ẽ porta ⁊ arta via q̃ ducit ad vitaz: et pauci sunt q̃ inueniũt eã. Cõsidera g̃ te ꝏ paucis ⁊ electꝭ effectũ: ⁊ ne exemplo ac tepore multitudis refrigescas: ꝑ viue vt pauci: vt cũ paucis i
Eccli.2. Act.14. matth.7. uenire merearis in regno dei. Multi em̃ sunt vocati: pauci ꝏ electi. ⁊ pusillus ẽ grex: cui cõplacuit p̃ri hereditatẽ dare. Itaq nõ leue nouerꝭ esse pctũ: pfectiõez pfessuz quẽpiam ea q̃ sunt imperfecta sectari. Ad quẽ pfectionis statum his gradibꝰ atq hoc ordine peruentur.
matth.20 et.22. Luc.12.

Quo ordine q̃s ad pfectionẽ valeat peuenire: p qua timore dei ad charitatẽ co-

sequenter ascendat:

Capitulũ. XXXIX.

Principiũ nostre salutis eius/ dēq; custodia: sicut dixi: timor dñi est. Per hũc enim & initiũ conversionis & vitiorũ purgatio & virtutũ custodia: his qui imbuuntur ad viam pfectionis: acquiritur. Qui cuz penetrauerit hoīs mentē: ꝓtēptum ei rerũ oīm parit: obliuionē parentũ: mũdiq; ipsi⁹ gignit horrorē. Contemptu aũt ac ꝓuatione facultatũ oīm: hũilitas acquiritur. Humilitas xo his indicijs comprobat. Prio si mortificatas i sese habeat oēs voluntates. Secō si nō solum actuũ suorũ verũ etiã cogitationuz nihil suũ celauerit seniorē. Tertio si nihil sue discretioni ꝗ iudicio eiꝰ vniuersa cōmittat: ac monita eiꝰ sitiens ac libēter auscultet. Quarto si in oībus seruet obedientiã: mansuetudinē: & patiētie ꝓstãtiã. Quinto si nō solũ iniuriã inferat nulli: ꝗ ne ab alio quidē sibimet irrogatam doleat atq; tristetur. Sexto si nihil agat nihil ꝓsumat quod nō vel cōmunis regula vel maiorꝰ cohortantur exēpla. Septio si oī vilitate cōtentus sit: & ad oīa se que sibi preciplunt velut opariũ malũ iudicauerit & indignũ. Octauo si semetipm cunctis inferiorē nō supficie pronũciet labiorꝰ: ꝗ intimo cordis credat affectu. Nono si lĩguã cohibeat: vl nō sit clamosꝰ ĩ voce. Decimo si nō sit facilis ac prompt⁹ in risu. Talibus nãq; indicijs & his silib⁹ hũilitas vera dinosciē. Que cũ fuerit in veritate possessa: cōfestim te ad charitatē q timorē nō habet: gradu excellētiore pducet: p quã vniuersa q̃ pri⁹ nō sine pena formidinis obꝓuabas: absq; vllo labore velut naturaliter incipies custodire: nō iã cōtēplatione supplicij vel timoris vl/ lius: sed amore ipius boni & delectatione virtutum.

Q nō debeat monach⁹ exemplã pfectionis a multis expetere: ſz ab vno vel paucis:

Capi. XL.

Ad quod vt valeas facilius puenire: exēpla tibi sunt imitationis ac vite pfecte in cōgregatōe cōmorãti: a paucſ ĩmo ab vno vel a duob⁹ nō a plurib⁹ expetēda. Nã ꝑter id qd̄ examiãta vita atq; ad purũ excocta repit in paucis: etiã istud ex ꝗ vtilitatis accidit: qd̄ ad pfectionē ꝓpositi hui⁹: id est cenobialis vite diligentius q̃s vni⁹ imbuitur ac formatur exemplo.

Quarũ debilitatũ similitudine suscipere debeat q̃ in cenobio cōmorãtur:

Capi. XLI.

Que oīa vt possis ꝓsequ: & ꝗ hac regl'a spiritali ꝓpetuo p/ durare: tria ꝗ in ꝓgregatiōe necessario custodiēda sũt tibi: vt. s. ꝗm psalmiste sentētiã: Ego aũt tanq̃ surdus nō audiebã: & sicut mut⁹ q̃ nō apit os suũ: & fact⁹ sum sic hō nō audiēs: & nō hãs ĩ ore suo increpationē. Tu q̃z velut surd⁹ ac mut⁹ & cecus incedas: vt absq; illi⁹ ꝓtemplatiōe q̃ tibi fuerit ad imitandũ merito pfectiōis elect⁹: vniuersa q̃cũq; videris min⁹ edificatiōis habētia: velut cec⁹ nō videas: ne aĩat⁹ eorũ q̃ ꝗ agunt auctoritate vl forma: ad id qd̄ deterius est: & qd̄ aĩ dãnauerras: traducaris. Si inobedientē: si ꝓtumacē: si detrahentē audieris: vl secus q̃ tibi traditum est aliq̃d admittentē: nō offendaris: nec ad imitanduz eũ tali subuertaris exēplo: ꝗ vt surdus q̃ hec penit⁹ nec audieris vniuersa trãsmittas. Si tibi vel cui q̃ quitia: si irrogant iniurie: esto ĩmobilis: & ad rñsionē taliōis vt mutus auscultas: ꝓ hũc psalmiste xo siculũ ĩ corde tuo decãtans: Dixi custodiã vias meas: vt nō delinquã ĩ

Ps. 37.

Ps. 38.

lingua mea. Posui ori meo custodiam cũ cõsisteret pctor aduersũ me: obmutui ⁊ hũiliat⁹ sum ⁊ silui a bonis. Ecce ⁊ quartũ ꝑ ꝑ oib⁹ excole: qõ ꝑ q.ꝑ. diuim⁹ tria ornet atq; cõmendet. i. vt stultũ te ꝓm apli sen
1. Cor. 3. tẽtiã facias in ꝑ mõo: vt sis sapiẽs: nihil scz discernens nihil diiudicãs ex his q̃ tibi fuerint ĩpata: ꝑ cũ omni simplicitate ac fide obediãm sp exhibeas: illud tm̃mõ scm̃: illud vtile: illud sapiẽs eẽ iudicãs: q̃cq̃d tibi vl' lex dei: vel senioris examẽ idixerit. Tali em̃ institutiõe fundat⁹: ſꝑ hac disciplia poter⁹ durare ꝑpetuo: ⁊ ꝓ cenobio nullis tẽptationib⁹ inimici nullis factionibus deuolueris.

Qz bonum patiẽtie suę nõ debeat monach⁹ de aliorũ sperare virtute: sz de sua lõganimitate: Ca. XLII.

Ergo patiaz tuã nõ debes de alioz sperare ꝓtute: id ẽ vt tũc eã tm̃mõ possideas: cũ a nemine fueris irritat⁹: qõ ne possit nõ euenire: tue non subiacet ptãti: ꝑ poti⁹ de hũilitate tua ⁊ lõganimitate: que in tuo pẽdet arbitrio.

Recapitulatio expositiõis p qua mõach⁹ ad pfectioẽz possit ascendere: Ca. XLIII

Et vt ꝑ oia que latiozi ſmone digesta sunt: cordi tuo facilius inculcent: ac tenacissime tuis sensib⁹ valeãt inherere: q̃dã ex his breuiarium colligaz: p qõ possis breuitate ⁊ cõpendio mãdator memoriẽ vniuersa cõplecti. Audi q̃ paucis ordinẽ: p quẽ ascendere ad pfectionẽ summã sine vllo labore ac difficultate valeas. Pzincipium nre salutis sapiẽtieq; scõm scripturas: timor dñi ẽ. De timore dñi nascit cõpunctio salutaris. De compunctiõe cordis ꝓcedit abrenũciatio. i. nuditas ⁊ ꝓtẽpt⁹ oim faultatũ. De nuditate hũilitas ꝓcreatur. De hũilitate mortificatio volũtatũ generat. Mortificatiõe volũtatum extirpantur atq; marcescunt vniuersa vicia. Expulsiõe vitiorum ꝓtutes fructificãt atq; succrescunt. Pullulatione virtutũ puritas cordis acquirit. Puritate cordis apostolice charitatis perfectio possidetur.

Explicit de institutis renũciantium liber quartus.

Incipit annotatio capitulorum libri quinti de spiritu gastrimargie:

Ca. j. Transitus de institutis cenobiorum ad colluctationem octo ꝓncipaliũ viciorum.

ij Ex cause viciorum sicut ĩ oib⁹ ĩmorant: ita ab oib⁹ ĩgrantur: ⁊ qz ad manifestandas eas dñi egeam⁹ auxilio.

iij Ex ꝓma nob colluctatio sit adũsus spm̃ gastrimargie: id est ꝓcupiscentiã gule.

iiij Testimoniũ abbat⁹ Antonij q̃ docet vnãquãq; virtutẽ ab illo q̃ eã peculiariꝰ possidet expetendam

v Ex nõ possit ab oib⁹ vniformis ieiunior regla custodi

vj Ex nõ solo vino mẽs (ri. inebrietur.

vij Qua rõne ĩfirmitas carnis puritatẽ cordis nequeat ĩ

viij Quo pfectio ꝓti (pedire. nẽtie fine esca sumẽda sit.

ix De mẽsura castigationũ assumẽdarum: remedioq; ieiu

x Ad ꝓseruandã mẽtis (nij. ⁊ corpis puritatẽ: abstinentiã ciborum nõ posse sufficere.

xj Concupiscẽtias cordis non extinguit: nisi cũ omni extirpatione viciorum

xij De agone carnali ctiã spiritalis agonis imitationẽ cẽ sumendam.

xiij Ex nisi gule fuerim⁹ vitio liberati: neq̃q̃ possumus ad pugnas interiorꝭ hoꝭ p/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xiiij Quō possit gule (uenire.
ꝛcupiscentia supari.
xv Quō ad custodiendaz cor/
dis sui puritatē: monachꝰ
semp debet esse intentus.
xvj Qz monachꝰ fm olympiaci
certaminis mozē non possit
spiritales ꝛficere pugnas:
nisi obtinuerit bella carna
xvij Qz fundamentuz ac (lia.
basis spiritalis agōis: ī ga
strimargie sit certamīe col/
xviij Per q̄t genera cer (locata.
taminū atq̄z palmarū bea/
tus aplus ad cozonā subli/
missimi agonis ascēderit.
xix Qz athlete xpi donec in cor/
pe ꝛmozat: pugna ñ desit.
xx Qz nō debeat monachus su/
mēdi cibi tēpus excedere: si
vult ad pugnas interiozū
certaminū peruenire.
xxj De interiozi monachi pace ⁊
abstinētia spiritali
xxij Qz iccirco nos opozteat exer
cere ꝛtinētiā corpalez: vt p
ipaz pueniamꝰ ad spiritale
ieiuniū. (debeat.
xxiij Qualis esse monachi cibus
xxiiij. Qz in egypto indifferēter vi/
dimus sub aduētu nro sol/
ui quotidiana ieiunia.
xxv De ꝛtinētia senis q̄ ita sexies
cibū sū psit vt ꝓuaret esuriē.
xxvj De eo sene q̄ in cella sua escā
nunq̄z solus accepit.
xxvij Quid de fructu studij pfessi
sint abbas pesius ⁊ iobes.
xxviij Quā exēpli sui pfessionem
abbas iobes discipulis reli
querit discessurus.
xix De abbate machete inꝰ col/
lationes spiritales nūq̄z doz
mitāte ⁊ semp iter terrenas
fabulas obdozmiente.
xxx Eiusdē senis de nemine iudi
xxxj Increpatio eiusdē (cando.
senis cū frēs inter spirita/
les collationes dormitātes:
ad narrationē ociose fabu/
le vidisset expergefactos.
xxxij De eplis pus q̄z legerent in/
xxxiij De absolutione q̄sti/ (cēsis.
onis quā abbas theodozꝰ
ozando pmeruit.
xxxiiij De snia eiusdē senis q̄ docu/
it q̄ studio mōachꝰ possit as/
seq̄ sciaz scripturarū.
xxxv Increpatio eiusdē senis cuz
ad meā cellulaz media no/
cte venisset
xxxvi Descriptio eremi q̄ est ī diol
co in q̄ anochozete cōmo/
rantur.
xxxvij De traditis nobis ab abbate
archebio cū īstructu suo cel/
xxxviij De debito qd abbas (lis.
archebius manuū suarum
labozc p matre dissoluit.
xxxix Qua simulatione cuiusdam
senis abbati symeoni cum
ociosus esset: opus manuū
sit puisum
xl De pueris qui deferētes ad
egrotantē fic: nō degusta/
tis eisdē fame ī eremo de/
xlj Sentētia abbatꝰ (fecerūt.
macharij ō obsuātia mōa/
chi vl tanq̄z diutissime victu
ri vl tāq̄z q̄tidie mozituri.

Explicit annotatio capi.

Incipit liber quintus ō spiritu gastrimargie.

Trāsitus de institutis cē/
nobioz ad colluctationez
octo principalium vitioz:
Capi. I.

Quintus nob iuuante deo lib iste pcudit. Nā pꝰ q̄ttuoz libellos q̄ su per institutis mona choz digesti sūt: nū chrrripe collucta tionez adūsus octo pncipalia vicia: vtis ozonibꝰ dño ꝓfortāte dispeni/

mus: id est primũ gastrimargie que interpretat gule cõcupiscẽtia. Secũdũ fornicatiõis. Tertũ philargyrie qõ intelligit auaricia: vel vt ppri exprimat amor pecunie. Quartũ ire. Quintũ tristicie. Sextũ acidie qõ ẽ anxietas siue tediũ cordis. Septimũ cenodoxie: qõ sonat vana seu ianis glia. Octauũ superbie. Quẽ ineuntes agonẽ: tuis pcib⁹ o beatissime papa casto: nũc impẽsius idigem⁹: vt primũ naturas eorũ tã minutas tam occultas tãq obscuras inuestigare cõdigne: deinde causas eorũdem sufficienter exponere: tertio vt idoneas curatiões eorũ ac remedia possimus inferre.

Qr causę vitiorũ sicut in omnib⁹ ignorant: ita ab omnib⁹ ignorat: t quia ad manifestãdas eas dñi egeam⁹ auxilio: Cap. II.

Quarũ passionũ cause quemadmodũ cũ patefacte fuerit traditionib⁹ seniorũ: ab omnibus ptinus agnoscunt: ita prius q̃ reuelent cum ab ipis vniuersi vastemur: t in cunctis hominib⁹ ignorentur: ab omnib⁹ ignorant. Ver eas ita nos aliquatenus explicare posse cõfidimus: si intercessionib⁹ vestris ad nos quoq ille q̃ p Esaiã platus ẽ sermo dñi: dirigat: Ego aũ te ibo:
Esa. 45. et potẽtes terre humiliabo: portas ereas pfringã: t vectes ferreos conterã: t aptam tibi thesauros absconditos t arcana secretorũ. Vt nos q̃z verbũ dei pcedens: primũ terre nre potẽtes humiliet: id est has easdem quas expugnare cupim⁹ noxias passiones: dñationẽ sibi ac tyrannidẽ seuissimã in nostro mortali corpe vendicãtes: easq faciat indagini nostre atq expositioni succũbere: t ita nostre ignoratiõis portas effringẽs: ac vitiorũ vectes excludentiũ nos a vera sciẽtia pterẽs: ad secretorũ nostrorũ nos arcana pducat: ac fm aplum illuminatis nobis reuelet ea que sũt absco dita tenebrarũ: t manifestet cõsilia cordiũ: vt sic ad tetras vitiorũ tenebras: purissimis oclis aĩe penetrantes: patefacere eas ac pducere possim⁹ ad lucẽ: earũq causas atq naturas his vl' qui caruerũt eis vel adhuc obligati sunt: pandere valeamus: t ita fm pphetã trãseuntes p ignẽ vitiorũ: diriissime nostras exurẽtiũ mentes: pfestim p aquas quoq virtutũ extinguentiũ sez ea transire possim⁹ illesi: ac spiritalib⁹ remedijs irrigati: ad refrigeriũ pfectiõis puritate cordis mereamur educi. 1. Cor. 4.

Qr pma nobis colluctatio sit aduersus spũ gastrimargie: id est concupiscẽtia gule: Cap. III.

Ita q̃q primũ nobis ineundũ certamẽ est aduersus gastrimargiã quã diximus gule eẽ cõcupiscentiã. Et in primis de mõie iuniorũ t escarũ qualitate dicturi: rursus ad egyptiorũ traditiões ac statuta recurremus: quibus sublimiorũ continentie disciplinã: et pfectaz discretionis inesse rõnẽ null⁹ ignorat. γαστρι μαργια

Testimoniũ abbatis antonij quo docet vnamquãq virtutẽ ab illo qui eã peculiari⁹ possidet expetendã: Capitulũ. IIII.

Vetus nanq est beati antonij admirabilisq sententia: monachũ qui post cenobiale prepositũ fastigia nititur sublimiorũ pfectionis attingere: t apphenso discretionis examine: pprio iam potẽs est stare iudicio: atq ad arcem anachoreseos puenire: mime debere ab vno eq̃uis summo vniuersa genera virtutũ expetere. Alij enim sciẽtie floribus exornat: alter discretiõis rõe robustis⁹ cõmunit: alter patiẽtie gratitate fundat: alij humilitatis: alij

De spiritu gastrimargie.

cōtinentie virtute p̄ferr: alius simplicitatis gr̄a decorar. Hic magnanimitatis: ille misericordie: iste vigilia: hic taciturnitatis: ille laboris studio supeminet ceteros. Et idcirco monachum spiritalia mella cōdere cupientē: velut apem prudentissimā debere vnam quāq; virtutem ab his qui eam familiari⁹ possidēt: deflorare: ⁊ in sui pectoris vase diligēter recondere: ne quid minus aliq̄d habeat discutere: sed hoc tantū quid virtutis habeat ꝓtemplari studiose q̄ decerpe. Cūctas nanq; si ab vno volumus mutuari: aut difficile: aut certe nunq̄ idonea ad imitandū nobis exempla poterūt reperiri. Quia
1.cor.15 licet necdū christū omnia factū fm aplm videamus in omnibus: tm hoc modo possumus eū: id est per ꝑtes in omnib⁹ inuenire. De ipso eim dicitur: Qui fact⁹ est nobis ex deo sapi-
1.Cor.1. ētia: iusticia: sanctitas ⁊ redemptio. Dum ergo in alio sapiētia: in alio iusticia: in alio sanctitas: in alio māsuetudo: in alio castitas: in alio humilitas: in alio patiētia reperir: mēbratim christus p̄ vnumquēq; nūc sanctor diuisus est. Cōcurrentib⁹ vero vniuersis in vnitatē fidei ac virtut⁹: reddir in virum perfectū: plenitudinē sui corporis: in singulor mēbrorū compage ac ꝓprietate perficiēs. Donec ergo veniat illud temp⁹ quo sit deus omnia in omnib⁹: in pnti pōt hoc quo diximus mō: id est per ꝑtes virtutū esse in omnib⁹ deus: licet nōdum per plenitudinem earum omnia sit in omnib⁹. Quia licet vnus religionis nostre sit finis: ꝓfessiones tamen diuerse quib⁹ ad deū tendim⁹: sicut in collationibus senior plenī⁹ disputandum est. Ideoq; discretionis ⁊ continentie forma ab his ē nobis pecularius expetenda: a quibus virtutes has per gratiā spiritussancti vberius videmus effluere: nō q̄ vllus que in multos diuisa sunt solus possit acquirere: sed vt in his bonis quor capaces esse possumus: ad eor nos imitationez qui ea peculiarius obtinuere: tēdamus.

Qr nō possit ab omib⁹ vniformis ieiuniorū regula custodiri: Ca. V.

Iacq; super ieiuniorū modo haud potest facile vniformis regula custodiri: quia nec robur vnū cunctis corporib⁹ inest: nec sicut cetere virtutes animi solius rigore patrant. Et idcirco quia nō in sola fortitudine mentis animeq; cōsistunt: cum corporis eim possibilitate participant: talem super his diffinitionē traditam nobis accepimus: diuersum esse refectionis quidem tēpus ac modum ⁊ qualitatē: ꝓ impari scilicet corpor statu vel etate ac sexu: vnā tamen esse omnibus p̄ mētis cōtinentia ⁊ animi virtute castigationis regulam. Neq; eim cunctis possibile est hebdomadib⁹ ꝓtelare ieiunia: sed ne triduana quidē vel biduana inedia refectionē cibi differre. A multis quippe egritudine et maxime senio iaz defessis: ne vsq; ad occasum quidem solis ieiunū sine afflictione toleraf. Non omnib⁹ infusor leguminū esus cōuenit eneruatus: nec cunctis puror olerum habil est parsimōia: nec vniuersis sicci panis refectio castigata cōcedit. Alij quantitate librarum duar saturitatem non sentit: alius libre vnius siue vnciarum sex edulio pregrauat: attamen vnus in omnibus his continentie finis est: ne quis iuxta mensuram capacitatis sue saturitatis oneretur ingluuie. Non eim qualitas sola sed etiā quantitas escarum: aciem cordis obtundit: ac mente cum carne pariter impinguata: noxiuz vitiorum fomitem igneumq; succendit.

Qr nō solo vino mens inebrietur: Cap. VI.

Quibuslibet escis refectus vē
ter seminaria luxurie parit:
nec ꝑualet mens discretionū
gubernacula moderari: cibo⁹ pon/
dere ꝑfocata. Non eñ sola crapula
vini mentē inebriare cōsuevit: verū
etiā cuncta⁹ escarum nimietas: va/
cillantem eā ac nutabundā reddit:
omnic⁹ integritatis ac puritatis cō/
templatione dispoliat. Sodomitis
causa subuersionis atq⁹ luxurie: nō
vini crapula: sed saturitas extitit pa
nis. Audi dñm p̄ ꝓphetā hierusalē
Ezech. 16 increpantem: Quid enī peccauit so
ro⁹ tua sodoma: nisi quia panē suū
in saturitate ⁊ abundantia comede/
bat? Et quia per saturitatē panis in/
extinguibili carnis fuerāt ardore suc
censi: iudicio dei celit⁹ sunt igne sul/
Gen. 19. phureo concremati. Nā si illos sola
nimietas panis ad tā p̄ruptū fla/
gitio⁹ p̄ecipitiū: vitio satietatis ī pe
git: quid censendū est de his qui ve/
getato corpe: perceptionē carniū ac
vini immoderata vbertate p̄sumūt:
nō quātū expetit imbecillitas: sz ꝗ̄/
tū animi libido suggerit: vsurpātes?

Qua ratiōe infirmitas carnis puritatē cordis neque/ at impedire:

Cap. VII.

Infirmitas carnis ad purita
tem cordis non officit: si hec
tantummodo que fragilitas
carnis: nō que voluptas exigit: vsur
pent. Facilius vidimus viros q̄ ab
escis corpulentioribus omnimodis
temperarēt: ꝗ̄ moderate vsos p̄ ne/
cessitate cōcessis: ⁊ qui totum sibi p̄
continentie amore denegarent: ꝗ̄ q̄
eas sub infirmitatis occasiōe sumen
tes: mensuram sufficientie custodi/
rēt. Habz etiā corporis imbecillitas
continentie sue palmam: dummodo
escis defectioni carnis indultis: ad/
huc indigentē se refectiōe defraudet:
tantumq⁹ esus indulgeat: quantum
sufficere ad viuendi vsum temperan
tie discretio rigida iudicauerit: non
quantum desiderij appetitus expo/
scit. Esculētiores cibi vt p̄curāt cor
poris sanitatē: ita castitatis nō adi/
munt puritatē: si cum moderatione
sumantur. Quicquid eñ fortitudi/
nis causa esu eorum percipitur: egri
tudinis labore ac defectione consu/
mitur. Ebriez vt nulli statui virt⁹
parsimonie adimitur: ita ne integri/
tatis quidem cōsummatio denega/
tur.

Quo perfecte continentie fine esca sumenda sit:

Capitulū. VIII.

Verissima est itaq⁹ patrū pro/
batissimaq⁹ sentētia: ieiunio
rum ⁊ continentie modum in
mēsura parcitatis tantum ⁊ castiga
tione cōsistere: et hunc esse perfecte
virtutis in cōmune omnibus finē: vt
ab escis quas sumere sustētandi cor
poris necessitate cōpellimur: adhuc
in appetitu earuz positi temperem⁹.
Quāuis enī quis corpore sit infir/
mus: perfectā virtutem quā robust⁹
ac sanus in omnibus possidebit: si
desideria que fragilitas carnis non
exigit: mentis rigore castiget. Apo/
stolus nā q̄ ait: Et carnis curā ne fe
ceritis in desiderijs. Nō ergo curaz Roma. 13
eius omnimodis interdixit: sed vt in
desiderijs fieret: denegauit. Volup/
tuosam ademit diligentiā carnis: gu
bernationē vite necessariā nō exclu/
sit: illud ne indulgētia carnis ad de
siderio⁹ occupationes noxias deuol
uamur: hoc vero ne corruptū nr̄o vi
tio corpus: spiritales ac necessarias
functiones implere non possit.

De mensura castigationuz assumendarū: remedioꝝ ie iunij:

Cap. IX.

Summa igit cōtinentie nō so
la temporis ratiōe: nec escaz
qualitate tantummodo: sed
ante omnia conscientie iudicio colli

gēda est. Tantum enim debet vnus quisq; sibi frugalitatis indicere: q̃tum corporee obluctationis pugna deposcit. Utilis quidem ⁊ omnimodis obseruanda est canonica ieiuniorum custodia: sed nisi hanc frugi tēperanter fuerit ciborum refectio subsecuta: ad integritatis calcem nō poterit peruenire. Longorū nanq; ieiuniorū inedia saturitate corporis subsequente: lassitudinez potius temporalem q̃ puritatem castitatis acquirit. Integritas mentis ventris coheret inedie. Non habet perpetuam castimonie puritatem: quisquis nō ingem temperantie equalitatem tenere cōtent⁹ est. Quānis enī districta sint ieiunia: succedente superflua remissione vacuantur: ⁊ in gastrimargie vitium protinus collabunt'. Melior est rationabilis cuz moderatione quotidiana refectio: q̃ per interualla arduum longumq; ieiunium. Nouit immoderata inedia non modo mentis labefactare constantiam: sed etiam orationū efficaciam reddere lassitudine corporis eneruatā.

Ad conseruandā mentis ⁊ corporis puritate: abstinētiam ciborum nō posse sufficere:

Cap. X.

Ad integritatem mentis ⁊ corporis conseruandam: abstinentia ciborum sola non sufficit: nisi fuerit cetere quoq; virtutes anime coniugate. Humilitas igitur primitus obedientie virtute: ⁊ cordis contritione: corporisq; fatigatione discenda est. Pecunia⁊ non solū vitanda est possessio: sed etiam desiderium earuz radicitus extirpandū. Non enim eas sufficit non habere: quod plerumq; solet etiam ex necessitate descendere: sed ne ipsam quidem si forte oblate fuerint: habendi recipere voluntatem. Ire contterendus est furor: tristicie superanda deiectio. Cenodoxia: id ē vana gloria contemnenda. Superbie calcandus est fastus: mentis quoq; ipsius instabiles vagiq; discursus: assidua dei memoria refrenandi. Totiensq; nobis ē ad contemplationē dei lubrica cordis nostri peruagatio reducēda: quotiens subtilis hostis ab hoc intuitu mentez captiuare pertemptās: recessibus nostri cordis irrepserit.

Concupiscētias cordis nō extingui nisi cum omni extirpatione vitiorum:

Capitulū. XI.

Impossibile nanq; est extingui ignita corporis incentiua: primis q̃ ceterorum quoq; principalium vitiorum fomites radicitus excidantur: de quibus singillatim distinctis libellis suo loco donante domino disseremus. Nunc vero propositum nobis est de gastrimargia: id est gule concupiscentia: contra quam nobis primus conflictus est disputare. Nunq; igitur poterit ardentis concupiscentie stimulos inhibere: quisquis desideria gule refrenare nequiuerit. Interioris hominis castitas: virtutis huius cōsummatione discernitur. Nunq; enī robustioribus emulis colluctari posse confidas: cum quem in leuiore cōflictu conspexeris ab infirmioribus paruisq; superari. Cunctarum nanq; virtutum vna natura est: licet in multas diuidi species ⁊ vocabula videatur: sicut auri quoq; vna substātia est: licet per multa variaq; monilium genera pro artificum videatur ingenio ac voluntate distincta. Itaq; nullam perfecte possidere probabitur: quisq; elisus in earum parte dinoscitur. Quo enim modo flagrātes estus cōcupiscentie: qui non sola instigatione corporis sed ⁊ etiā mēt⁊ vitio succēdūt': extinxisse credēd⁹ ē: qui aculeos ire: cordis solus intemperātia prorūpētes mitigare nō po-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tuit? Aut quo nam modo putādus est carnis aīeq; lasciuiēt es stimulos retudisse: q̄ superbie vitiuz simplex non quiuit deuincere? Aut quēadmodū credendus est insertaz carni luxuriam ꝛculcasse: qui pecuniaruz ꝛcupiam fozinsecus sitam atq; a nostra substātia alienā non valuit abdicare? Qua aūt rōne bellū carnis ꝛ aīe triumphabit: qui idoneus nō fuit mozbū curare tristicie? Quātalibet vrbs sublimitate muroꝝ ꝛ clausarum portarū firmitate muniatur: posterule vnius q̄nis paruissime ꝓditione vastabit. Quid eīm differt vtrū per excelsa menia ꝛ ampla portarū spacia: an per angusti cuniculi latibula perniosus hostis penetralibus ciuitatis irrepat?

De agone carnali: etiā spiritalis agonis imitationez esse sumendam: Ca. XII.

2. Timo. ꝯ. 2. Qui in agone contēdit: nō coronabit nisi legittime certauerit. Qui naturales appetitus carnis optat extinguere: extra naturam vicia collocata p̄mitus superare festinet. Si eīm aplice sententie vim volumus experiri: que sint agonis mūdani leges ac disciplina: primitus debem⁹ agnoscere: vt ita demum harum cōpatione scire possim⁹: quid nos ī spiritali agone certantes beat⁹ aplus hoc exemplo voluerit edocere. In illis eīm certaminibus que ꝓ eundem aplum cozruptibilem cozonam vincentibus parant: mos iste seruatur: vt is q̄ se ad gloziosam cozonam: ꝛ īmunitatis priuilegio decoratam preparare cōtendit: ꝛ perfecta cupit agonis subire certamina: pri⁹ in olympiacis ac pythijs certaminib⁹ indolem sue iuuentutis ac rudimentoꝝ robur ostēdet. In his siquidē iuniozes q̄ has disciplinas cupiunt profiteri: vtruz mereanē vel debeant ad eas admitti: tam eius qui istis certaminib⁹ p̄sidet: q̄ toti⁹ populi iudicio cōpzobantur. Cunq; diligēter examinat⁹ q̄s primū repert⁹ fuerit: nulla vite respersus infamia: deinde non seruitutis iugo ignobilis: ꝛ ob hoc indignus disciplina hac: vel ꝛgressu eorum qui hanc profitētur: fuerit iudicat⁹. Tertio si artis: si fortitudīs digna preferat documēta: ꝛ iuniozibus coeuisq; decertans peritiam pariter ac virtutem sue demonstrauerit iuuentutis: ac proficiēs de ephebozum luctamine: perfectis iam viris ꝛ experientia longa probatis: cōgredi permissus fuerit presidentis examine: seq; non solum parem virtutis eozū assidua colluctatione ꝓbauerit: verū etiā frequēter ītер hos quoq; victozie palmā fuerit cōsecutus: tum demū ad agonis preclara certamina merebit peruenire: in q̄bus non nisi victozib⁹ tantū: ꝛ his qui multarū cozonarū stipēdijs decozati sunt: facultas conceditur decertandi. Si intellexīmus carnalis agonis exēplū: spiritalis quoq; certaminis que disciplina vel ozdo sit: cōparatione hui⁹ debem⁹ agnscere.

Q̄ nisi gule fuerim⁹ vitio liberati: nequaq; possimus ad pugnas interiozis hominis peuenire: Ca. XIII.

Oportet nos q̄z primū libertatē nr̄am: carnis subiectiōe mōstrare. A quo eīm q̄s vin 2. Pe. 2.
citur: eius ꝛ seru⁹ addicitur. Et omnis q̄ facit peccatū: seruus est peti. Job. 8.
Cunq; nos nulla ꝛcupīe turpis respersos infamia examē certamini p̄sidētis inuenerit: nec fuerim⁹ ab eo vt fui carnis ꝛ ignobiles indigniq; olympiacī vitioꝝ colluctatiōib⁹ iudicati: tūc poterim⁹ q̄ coeuos nr̄os id est ꝛcupiscētiam carnis ꝛ motus ac pturbationes anime inire certamen. Impossibile nāq; est saturum ventrē pugnas interiozis hoīs ex-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

pertri: nec bellis robustiorib⁹ attem
ptari dignum est eum qui potest de
ijci leniore conflictu.

Quō possit gule ꝛcupiscē
tia supari: Cap. XIIII.

PRima ēm nobis calcanda ē
gule cōcupiscētia: ⁊ eo vsq;
extenuanda mens non soluz
ieiunijs: verū etiā vigilijs lectiōe q̄z
⁊ crebra cōpunctione cordis in qui
bus se fortitan vel illusaz vel victā
reminiscitur: ingemiscens nunc hor
rore vicior̄: nunc desiderio pfectio
nis ⁊ integritatis accēsa: donec eius
modi curis ac meditationib⁹ occupa
ta pariter ac possessa: ipsius cibi refe
ctionē nō tā iocunditati cōcessaz q̄z
oneris vice sibi impositam recogno
scat: magisq; eā necessariā corpori
q̄z desiderabilem aīe sentiat attribu
tā. Quo studio mentis ⁊ iugi com
punctione detenti: lasciuiā carnis q̄
fotu escarū vehemētius insolescit:
⁊ aculeos eius noxios retūdemus:
atq; ita fornacem corporis nostri q̄
a rege babylonie occasiōes pcōrum
⁊ vicia nobis iugiter subministran
te succendit: quib⁹ napte ⁊ picis vi
ce acri⁹ exuramur: vbertate lachry
marum ⁊ fletu cordis poterim⁹ ex
tinguere: donec dei gratia spū oris
sui ī cordib⁹ nostris insibilante: est⁹
carnalis cōcupiscētie penit⁹ valeāt
ꝛsopiri. Hec est igitur nobis prima
cōtētio: hec nostra velut in olympi
acis certaminib⁹ p̄ima ꝓbatio: gule
ventrisq; ꝛcupiam desiderio perfe
ctionis extinguere. Ob q̄ cibor̄uz
nō solum supfluus appetitus virtu
tum cōtemplatione calcandus: sed
etiā ipsi nature necessarius tanq̄z ca
stitati cōtrarius: nō sine cordis an
xietate sumendus est. Et ita demum
vite nostre instituendus est cursus:
vt nullum magis sit tēpus quo sen
tiamus nos a spiritalibus studijs re
uocari: q̄z quo descendere ad neces
sariam corpis curā eius fragilitate
cōpellimur. Cunq; ad hanc necessi
tatem submittimur: vsui potius vi
te q̄z mētis desiderio famulātes: q̄n
totius ab ea velut a salutarib⁹ nos
studijs retrahente subtrahi festine
mus. Neq; q̄z ēm poterimus esca
rum presentium spernere voluptā
tes: nisi mens ꝛtemplationi diuine
defixa: amore virtutū potius ⁊ pul
chritudine celestiuz delectet. Et ita
quis velut caduca despiciet vniuer
sa presentia: cum ad ea que immobi
lia sunt ⁊ eterna: inseparabiliter defi
xerit mentis obtutum: adhuc in car
ne posit⁹ future cōmemorationis be
atitudinē iam corde contēplans.

Quomō ad custodiendum
cordis sui puritatem mona
chus semp debet esse inten
tus: Capi. XV.

QVelut si quis immania virtu
tum premia in sublimi: qui
busdam paruis indicijs desi
gnata: perspicacissimis oculor̄ ob
tutibus cū teli directione tendenti
bus ferire festinet: sciens immēsam
glorie palmā ⁊ remunerationis pre
mia in cor̄ cōfixione cōsistere: ocu
lorū aciem ab omni intuitu auertēs:
illuc dirigat necesse est: vbi summa
remunerationis ⁊ p̄mij perspicit col
locatam: amissurus p̄culdubio peri
tie palmā ⁊ remunerationē virtut⁹:
si quantulū cunq; contemplationis
eius acies deuiauerit.

Q monachus secōm olym
pici certaminis more: nō
possit spiritales cōficere pu
gnas: nisi obtinuerit bella
carnalia: Capi. XVI.

ITaq; ventris ⁊ gule ꝛcupi
scentia hoc intuitu supata:
nec sui carnis: nec infames
viciorum nota p̄nunciati: velut in
olympiaci disciplinis iudicabimur:
superior̄ q̄z certaminum digni esse

conflictu: p̃missisq; huiuscemodi documentis: spiritalibus quoq; nequitijs cõgredi posse credemur: que nõ nisi victoriib⁹ tantũ ⁊ his qui merẽtur in spiritali agone contẽdere: concertare dignãtur. Illud eñ est cunctoꝝ luctaminũ velut quoddam solidissimum fundamentũ: vt primit⁹ carnalium desideriorꝝ incentiua perimant. Naz nullus carne propria nõ deuicta: legitime decertare poterit. Et qui legitime non decertat: sine dubio nec in agone cõfligere: nec corone gloriã victorie gratia poterit promereri. Q̃ si hoc fuerim⁹ vitio superati: velut serui carnalis cõcupiscentie cõprobati: ⁊ per hoc nec libertat⁷ nec roboris insignia p̃ferẽtes: a spiritaliũ ꝯgressionũ cõflictu vt indigni serui non sine cõfusionis
Job. 8. nota protinus repellemur. Omnis eñ qui facit peccatũ: seruus est peccati. Dicetur q̃ nobis p beatũ apo-
1. Cor. 10 stolum cum his inter quos fornicatio nominatur. Temptatio vos nõ apprehendit: nisi humana. Nõ eñ merebimur mentis roboze conquisito: grauiozes pugnas nequitiarũ celestiũ experiri: qui carnem fragilem resistentez spiritui nostro subiugare nequiuimus. Q̃d apostoli testimoniũ non intelligentes quidã: posuerũt pro indicatiuo optatiuũ modũ: id est tẽptatio vos nõ apprehẽdat: nisi humana. Quod ab ipso magis dici manifestũ est: non optãtis ꝗ p̃nunciantis vel exprobrãtis affectu.

Q̃z fundamentũ ac basis spiritalis agonis: in gastrimargie sit certamie collocata: Ca. XVII.

Q̃is audire verũ athletã christi legitimo agonis iure cer-
1. Cor. 9. tantẽ? Ego igit̃ inq̃t sic curro: non quasi in incertuz: sic pugno non quasi aerem verberans. sed castigo corpus meũ ⁊ seruituti subijcio: ne alijs predicãs ipse reprobus efficiar. Vides vt in semetipso: id ẽ in carne sua: colluctationũ summaz velut in base quadaz firmissima statuerat: ⁊ prouẽtum pugne ĩ sola castigatione carnis: ⁊ in subiectiõe sui corpis collocarat. Ego itaq; sic curro non quasi in incertum. Non currit in incertum: qui celestem hierusalem conspiciẽs: defixum habet quo sibi cordis sui indefleribilis sit dirigenda pernicitas. Non currit in incertum qui obliuiscens posteriora: ad ea que prioza sunt extendit se: ad destinatum psequens brauium supne vocationis dei in xp̃o iesu: q̃ semper dirigens sue mentis obtutum: et ad eum omni cordis preparatione festinans: cum fiducia proclamat:
2. Timo. Bonum agonez certaui: cursum cõ
the. 4. summaui: fidem seruaui. Et quia se nouerat post odorem vnguentorum christi: prepeti conscientie deuotiõe infatigabiliter cucurrisse: ⁊ spiritalis agonis certamẽ carnis castigatio
Ibidem ne vicisse: cum fiducia infert ⁊ dicit: De cetero reposita ẽ mihi corona iusticie: quã reddet mihi dñs ĩ illa die iustus iudex. Et vt nobis q̃z similez spem retributiõis aperiret: si ĩ agone cursus istius imitari euz velim⁹: adiecit: Nõ solũ aũt mihi ꝗ ⁊ oĩb⁹: qui diligũt aduentũ eius: Participes nos corone sue in die iudicij fore ꝓnuncians: si diligẽtes aduentũ christi: non illum tm̃ qui etiam nolentibus apparebit: ꝗ etiã hunc qui quotidie in sanctis cõmeat aĩabus: victoriam certaminis castigatione corpis acquiramus. De quo aduentu dñs in euãgelio: Ego inquit ⁊ pa
Job. 14 ter meus veniemus ad eum: ⁊ mansionem apud eũ faciem⁹. Et iterum:
Apoc. 3. Ecce sto ad ostium ⁊ pulso: si quis audierit vocẽ meam ⁊ aperuerit ianuaz: introibo ad illum ⁊ cenabo cũ illo: ⁊ ipse mecum.

Per quot genera certaminũ atq; palmarũ beat⁹ apo

stolus ad coronã sublimis-
sumi agonis ascenderit:

Capt. XVIII.

Nec tñ agonẽ cursus tantum-
modo se cõsummasse deseri-
bit: cũ dicit: Sic curro nõ q̃-
si in incertũ: quod specialiter refer-
tur ad intentionẽ mentis ⁊ feruorez
spiritus sui. quo toto christũ seque-
batur ardore cũ sponsa decantans:
Cañ. 1. Post te in odore vnguẽtorꝫ tuorꝫ
Ps. 62. currem⁹. et iterũ: Adhesit aĩa mea
post te. sed etiaz aliud colluctatiõis
genus se vicisse testat dicens: Sic
1. Cor. 9 pugno non quasi aerem verberãs:
sed castigo corpus meum ⁊ seruituti
subijcio. Qd ꝓpꝛie ad cõtinẽtie do-
lores ⁊ corporale ieiunium atq̃ af-
flictionẽ carnis ptinet. Per hãc se
pugilem quẽdam strẽnuum fue car-
nis esse describens: nec inuanuz ad-
uersus eã ictus cõtinẽtie exercuisse
designans: ꝑ triũphũ pugne morti-
ficatiõe sui corpis acq̃sisse: quo ver-
beribus cõtinentie castigato: ⁊ ieiu-
niorꝫ cestibus eliso: victori spũi im-
mortalitatis coronã: ⁊ ĩcorruptio-
nis contulit palmã. Vides legitimũ
colluctatiõis ordinẽ: ⁊ spiritalium
certaminũ ꝓtẽplaris euentũ: quẽad
modũ athleta xpi adeptꝰ de rebella-
trice carne victoriã: subiecta illa q̃-
dãmõ pedib⁹ suis: vt sublimis triũ-
phatoz inuehit. Et iccirco nõ currit
in incertũ: qz ꝓfidebat vrbẽ sanctaz
hierũ celestẽ se ꝓtin⁹ ingressuruz.
Sic pugnat ieiunijs scilicet ⁊ affli-
ctione carnali: nõ q̃si aerem verbe-
rãs: id ẽ inuanũ ier⁹ ꝓtinẽtie potri
gens: ꝑ q̃s nõ aerẽ vacuũ: sed illos
spũs q̃ in eo versãt: castigatiõe sui
corpis verberabat. Qui cũ dicẽ: nõ
q̃si aerẽ ꝛberãs: ondit se tãetsi nõ
aerẽ vacuũ ⁊ inanẽ: aliq̃s tñ ĩ aere
ꝛberare. Et qz hec certaminũ gene
ra suparat ⁊ ditar⁹ multaꝫ coronaꝫ sti
pẽdijs incedebat: nõ ĩmerito robu-
stioꝫ incipit hostiũ ꝓbire luctamĩa:
ac ꝓpoziby emul' triũphatis: cũ fidu- Epb. 6.
cia pclamat ⁊ dicit: Iã non nob' est
colluctatio aduersus carnẽ ⁊ sãgui-
nẽ: ꝑ aduersus ꝓncipatus: aduersus
ptãtes: aduersus mũdi rectoz̃es te-
nebrarum harũ: cõtra spiritalia ne-
quitie in celestibus.

Qz athlete christi donec in corpe cõmoraꝫ pugna non desit:

Cap. XIX.

Athlete christi ĩ corpe cõmo-
rãti nunq̃ desit colluctatio-
num palma: sed quanto ma-
gis triumphoꝫ successibus creuerit:
tãto eiꝰ etiã colluctationũ robustioz
ordo succedit. Subiugata etcũ car-
ne atq̃ deuicta: quante aduersario-
rũ cohortes: quanta hostiũ agmina
aduersum victorem militẽ christi tri-
umphis eius instigata consurgunt:
sez ne pacis ocio miles christi lente-
scẽs incipiat obliuisci colluctationũ
suaꝫ gliosa certamina: ac securitatis
inertia dissolutus: ꝑmioꝫ stipendijs
ac triumphoꝫ meritis defraudetur.
Itaq̃ si ad hos triumphoꝫ gradus
cupimus crescente virtute conscẽde-
re: eodem nos quoq̃ ordine optet ꝑ
liozũ inire certamina: ⁊ primũ cum
apl'o dicere: Sic pugno nõ q̃si aerem
verberans: sed castigo corpus meũ
et seruituti subijcio: vt hoc conflictu
supato: rursus cũ eo dicere possim⁹:
Nõ est nobis colluctatio aduersus
carnẽ et sanguinẽ: sed aduersus ꝓn-
cipatus: aduersus ptãtes: aduersus
mundi rectoz̃es tenebrazũ harũ: cõ- vt ꝯ
tra spiritalia nequitie in celestibus.
Aliter cũ cõgredi cũ illis nullo mõ
potcrim⁹: nec spiritales pugnas me-
rebimur expiri: carnali delecti cõfli
ctu: ⁊ colluctatiõe ventris elisi: me-
ritoq̃ nobis ab apostolo cũ exhoz-
tatione dicẽt: Temptatio vos nõ 1. Cor. 10
apprehendit nisi humana.

Qz nõ debeat monachus sumendi cibi tempus exce

dere: si vult ad pugnas interiorum certaminũ peruenire:

Capi. XX.

Habitur monachus ad pugnas interiorũ certaminũ cupiẽs peruenire: hanc in ꝓmis cautionẽ sibimet indicat: vt nõ potus qui cõq̃: non esus vlla oblectatione deuictus: ante stationẽ legitimã cõmunemq̃ refectiõis horã: extra mẽaz percipe sibimet prorsus indulgeat: ꝗ ne refectione quidẽ transacta: ex his presumere sibi quantulũcunq̃ permittat: similiter quoq̃ canonicum somni tẽpus mensurãq̃ custodiat. Eodẽ nãq̃ studio iste sunt mentis amputã de lasciuie: quo meretricationis vitium desecandum. Qui enim gule supfluos appetitus inhibere non potuit: quomodo est⁹ carnalis cõcupiscentie valebit extinguere? Et qui non quiuit passiones in ꝓpatulo sitas paruasq̃ compescere: quẽadmodũ occultas: nulloq̃ hoĩm teste prurientes: moderatrice discretione poterit debellare? Et icirco per singlos motus ⁊ in quolibet desiderio robur aĩe cõprobat: que si ĩ minimis apertisq̃ cupiditatibus supatur: quid in maximis ac fortioribꝰ occultisq̃ sustineat: vnicuiq̃ sua ꝓsciẽtia testis est.

De interiori mõachi pace ⁊ abstinentia spiritali:

Capi. XXI.

Non em est nobis aduersariꝰ extrinsecus formidandus: ĩ nobisimetipsis hostis inclusus est. Intestinum nobis quotidie ingerit bellum: deuicto eo: omnia que forinsecus sunt reddent infirma: ac militi christi vniuersa pacata erunt ⁊ subdita. Non habebimus aduersarium nobis extrinsecꝰ metuendũ: si ea q̃ intra nos sũt spiritui deuicta subdantur. Nec solũ nobis istud ieiunũ visibiliũ ciborꝝ ad pfectionem cordis ⁊ corporis puritatẽ sufficere posse credamꝰ: nisi fuerit huic anime q̃z ieiuniũ copulatũ. Habet nãq̃ ⁊ illa suos noxios cibos: quibus impiguata etiã sine escarũ abundãtia ad luxurie prerupta deuoluitur. Detractio cibꝰ eius est ⁊ quidẽ persuauis. Ira etiã cibꝰ eius ẽ licet minime leuis: ad horã tũ infelici eam esu pascẽs: ac piter letali sapore ꝓsternẽs. Inuidia cibus est mẽtis: virulentis eã sucis corrũpens: ⁊ psperitatis aliene successibꝰ iugiter miseram excruciare non desinens. Cenodoxia id est vana gloria cibus eius est: q̃ delectabili eã esca pmulcet ad tẽpus: post ꝯo vacuã omniq̃ virtute spoliatã reddet ⁊ nudã: cunctis eã spiritalibꝰ fructibꝰ sterilẽ inanẽq̃ dimittẽs: ita vt nõ solũ immanium laborꝝ faciat merita depire: verũ etiã supplicia maiora conquirat. Omnis ꝓcupiscentia ⁊ puagatio cordis instabilis: pastus quidaz est aĩe noxijs escis eã nutriens: expertẽ vero celestis panis ac solidi cibi in posterũ derelinquẽs. Ab his itaq̃ qnta nobis est virtus sacratissimo ieunio: ꝓtinentes: vtilem habebimꝰ cõmodãq̃ obfuãtiã ieunij corpalis. Laborãq̃ carnalis spũs cõtritioni ꝓiunctꝰ: acceptissimũ deo sacrificiũ dignũq̃ sctitatis habitaculum purꝰ mũdisq̃ recessibus exhibebit. Ceterũ si corpaliter ieiunãtes pniciosissimis aĩe vitijs implicemur: nihil nobis ꝓderit carnal afflictio p̃ ciosiore pte polluta: p eã scz substãtiã delinqntibꝰ nobis q̃ efficimur habitaculũ spũ sctĩ. Nõ em tã corruptibilis caro: q̃z cor mundũ habitaculũ deo tẽplũq̃ spũ sctĩ efficitur. Oportet q̃ exteriore hoĩe ieiunãte: interiorẽ q̃z silĩ a cibis noxijs tpare: quẽ p̃cipue exhiberi mũdũ deo: vt hospitẽ in se xp̃m recipe mereat: btũs aplus monet his verbis: Interiorẽ inquiẽs hoĩem habitare christum p fidem in cordibus vestris. Epb. 3.

De spiritu gastrimargie.

Qd idcirco nos oporteat exercere cõtinentiã corporalem: vt per ipam peruenimus ad spiritale ieunium: Ca. XXII.

Querimus itaq; nos idcirco labore cõtinentie corporalis impendere: vt ad puritatẽ cordis hoc possimus ieunio peuenire. Ceterũ labor a nobis impenditur incassum: si hunc quidẽ contemplatione finis infatigabiliter sustentemus: finẽ vero ppter quẽ tolerauimus afflictiones tãtas: obtinere ne queam?: melius q; fuit interdictis escis anime tẽperasse: q; voluntarijs minus q; noxijs corpaliter ieunasse. In his enĩ simplex ⁊ innoxia creatura dei perceptio ẽ: nihil per semetipsam habens peccati: in illa vero primitus fratrũ perniciosa denoratio: de qua dicit: Noli diligere detrahere: ne eradiceris. Et de ira atq; inuidia beatus Iob dicit: Etenĩ stultũ interficit iracũdia: ⁊ paruulũ occidit inuidia. Simul q; notandũ: q; qui irascitur: stultus: ⁊ qui inuidet: paruulũ indicat. Ille nã q; nõ immerito stultus indicat: voluntarie sibi mortem stimulis incitatus inducens: ⁊ hic dũ linet: paruulũ minorẽ q; se pbat. Dum enĩ inuidet: testat maiorẽ esse eũ cuius prosperitate cruciatur.

Job. 5.

Qualis eẽ monachi cibus debeat: Ca. XXIII.

Situr est cibus eligendus nõ tantũ qui concupiscentie flagrantis estus tẽperet: minus q; succendat: verumetiã qui ad parandũ sit facilis: ⁊ quẽ ad coemendum oportunior ẽ vilioris precij compendiũ pstet: q; q; sit qversationi fratrũ vsui q; cõmunis. Triplex enĩ natura est gastrimargie. Una que canonicã refectionis horã puenire compellit. Alia que tantũmodo ventris ingluuie ⁊ saturitate quarũlibet gaudet escarũ. Tertia que accuratioribus epulis ⁊ esculentioribus oblectatur. Ideo q; aduersus eam necesse est monachũ obseruantiã triplicẽ custodire: id est vt primũ legitimũ tẽpus absolutionis expectet: Deinde vt castiget ⁊ refrenet desideriũ carnis: Tertio vt qualibuscũ q; escis vilioribus q; cõtentus sit. Quicquid enĩ extra psuetudinẽ presumit vsum q; cõmunẽ: vt vanitatis ⁊ glorie atq; ostẽtationis morbo pollutũ: antiquissima patrũ traditio notat: nec quenq; ex his quos merito sciẽtie ac discretionis enituisse peruidim?: vel quos ad imitandũ gratia christi velut splendidissima luminaria omibus ploca uit: esu panis qui apud eos vilis habetur ac facilis: abstinuisse cognouimus: nec eo q; quẽplaz qui hanc regulã declinantes: ptermisso panis vsu: leguminũ vel olerũ seu pomorũ refectionẽ sectati sũt: inter pbatissimos habitũ aliquãdo cõsperimus: sed ne discretionis quidẽ aut sciẽtie gratiã psecutũ. Nõ solũ enĩ ceteras inusitatas escas expetere monachum nõ debere decernũt: ne videlicet cursus ei? velut in ppatulo cunctis expositus: inanis factus ac vacuus xenodoxie morbo depereat: sed ne ipam q; q; ieunio q; castigationem cõmunẽ cuiq; facile patefieri oportere pnunciant: verũ quantũ fieri potest contegi pariter ⁊ abscondi. Aduẽtãtibus autẽ fratribus magis humanitatis ac dilectionis offerri debere virtutem q; q; pinentie districtionẽ: ⁊ quotidiani ppositi rigorẽ manifestari pbabilis censuerunt: nec quid voluntas vtilitas q; nostra seu desiderij ardor expescat attendere: sed quid aduenientis requies vel infirmitas erigit preponere ⁊ gratanter implere.

Qd in egypto idifferẽter vidimus sub aduentu nostro solui quotidiana ieunia: Ca. XXIIII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cum de syrie partibus seniorũ scita discere cupiẽtes egypti p uinciã petissem⁹: ibiq; tanta cordis alacritate nos suscipi mirare/ mur: vt nulla prius sicut fueram⁹ in palestine monasterijs instituti vsq; ad p̃stitutã ieiunij horã refectionis regula seruaret: sed absq; legitimis quarte sexteq; ferie: quo cunq; perge bam⁹ quotidiana statio solueretur. Quidã senior percõctãtib⁹ nobis: cur ita indifferẽter apud eos p̃terirẽ tur quotidiana ieiunia: rñdit: Jeiu/ niũ semp est mecũ. Vos aũt ꝓtinuo dimissurus mecũ iugiter tenere non possum. Et ieiuniũ quidẽ licet vtile sit ac iugiter necessariũ: tamẽ volun tarij muneris est oblatio. Opus aũt charitatis ĩpleri: exigit p̃cepti neces/ sitas. Itaq; suscipiẽs in vobis chri/ stũ: reficere eũ debes: deducẽs autẽ vos humanitatẽ eius obtẽtu p̃bitã: districtiore ieiunio in memetipso po tero cõpensare. Nõ eũ possunt filij sponsi ieiunare: donec cũ illis ẽ spõ/ sus: cuz autem discesserit: tũc illi ieiu nabunt. Luc. 5.

De cõtinentia senis qui ita series cibũ sumpsit vt seruaret esurie: La. XXV.

Quidã senior cũ reficientẽ me vt adhuc paululũ q̃d ederem hortaret: iã q; me dirissem nõ posse: respondit: Ego iã series diuer sis adueniẽtib⁹ fratrib⁹ mensam po/ sui: hortansq; singulos: cuz oĩbus ci bũ sumpsi ⁊ adhuc esurio: ⁊ tu p̃mi/ tus nũc reficiẽs: iã te dicis nõ posse.

De eo sene qui in cella sua escam nunquaz solus accepit: La. XXVI.

Vidimus aliũ in solitudine cõ morantẽ qui nũquã se sibi so/ li indulsisse cibũ testat⁹ est: sz etiã si per totos quinq; dies ad eius cellulam nullus e fratribus adueni/ set: refectionem iugiter distulisse: do/ nec sabbatorũ vel dominico die de/ uote ꝓgregationis obtentu p̃cedẽs ad ecclesiam: peregrinorũ quẽpiam repperisset: quẽ exinde reducens ad cellulam consorte eo refectionẽ cor/ poris: nõ tam sue necessitatẽ obtẽtu: q̃ humanitatis gratia causaq; fratr̃ assumeret. Itaq; vt norũt in aduen tu fratrũ indifferẽter soluere quoti/ diana ieiunia: ita discedẽtib⁹ eis re/ fectionẽ ob illos indultã continẽtia maiore compensant: perceptionẽ ci/ bi paruissimi acriore castigatiõe. nõ sola panis: sed etiã sõni ĩpius dimi/ nutione durius exigẽtes.

Quid de fructu studij pro/ fessi sint abbas pesius ⁊ io/ annes: La. XXVII.

Apud senem pesium in eremo vastissima cõmorantẽ: cum se/ nerioãnes magno cenobio ac multitudini fratrũ prepositus adue/ nisset: ⁊ ab eo velut antiquissimo so dale perquireret: quidnã per ofies quadraginta ãnos quibus ab eodez separatus in solitudine minime a fra tribus interpellat⁹ egisset: Nũquaz me ait sol reficientem vidit. Et ille: Ecce me inquit iratum.

Quã exẽpli sui professionẽ abbas ioannes discipulis reliquerit dilcessurus: La. XXVIII.

Vndẽ senem cũ alacrem tanq; ad propria transmigrantez: in extremo iam anhelitu posituz anrij fratres circũuallantes supplic ter precarẽtur: vt aliq̃ eis memori/ ale mandatũ velut hereditariũ q̃d/ dam legatũ relinqueret: per q̃ poſ/ sent ad perfectiõis culmen p̃cepti cõ pendio facilius puenire: ingemiscẽs ille: nunquã ait meã feci voluntatẽ: nec quẽq; docui q̃ p̃us ipe nõ feci.

De abbate machete iter col lationes spiritales nunquã

dormitāte: ⁊ semp̄ inter terrenas fabulas obdormiente: Ca. XXIX.

Audimus senē machetē nomīe a turbis fratrū eminus cōmorantē: hanc a dño gratiā diuturnis p̄cibus impetrasse: vt quotq̄t diebus ac noctib⁹ agitaret collatio spiritalis: nunquā somni torpore penitus lararet: Si q̄s vo detractiōis verbū seu ociosum temptasset inferre: in somnū protinus cōcidebat: ac sic ne vsq̄ ad auriuz quidē eius pollutionē virus obloquij poterat peruenire.

Eiusdez senis de nemine iudicando: Ca. XXX.

Hic idem senex cum institueret nos neminē vijudicare debere: intulit tria fuisse in quibus discusserit vel reprehenderit fratres: q̄ scz vnā sibi nōnulli paterent abscidi: q̄ haberēt in cellulis sagum: q̄ oleū benedicētes exposcentib⁹ secularibus darēt: ⁊ hec oīa se incurrisse dicebat. Nā egritudinē vne contrahens: tādiu inquit eius languore distabui: donec tā dolorīs necessitate q̄ senio ⁊ oīm adhortatiōe cōpulsus abscidi eam permitterem. Cui⁹ etiaz infirmitatis obtentu: sagū quoq̄ habere coactus sum. Oleū etiā benedicere ac supplicantibus dare: qō pre oībus execrabar: vtpote iudicans illud ex magna cordis p̄sumptiōe descendere: circū dātibus me repēte secularibus multis: ita ⁊ strict⁹ sum: vt aliter eos nullatenus euadere possez nisi a me sūma vi ⁊ obtestatiōib⁹ extorsissent: vt oblato ab eis vasculo manū meā impressō crucis signaculo supponerē: ita q̄ se credētes benedictionis oleū ⁊ secutos: tandem me aliqū relararūt. Quibus mihi manifeste compertū est: ijsdez causis ac vitijs monachū obligari: in quibus de alijs iudicare p̄sumpserit. Oportet ergo vnū quenq̄ semetip̄m iudicare tantūmodo: ⁊ circū specte caute q̄ custodire in oībus: nō alioz ⁊ uersationē vitamq̄ discutere: sm illud Apli p̄ceptū: Tu autē quid iudicas fratrem tuū? suo dño stat aut cadit. Et: Nolite iudicare ante tem⁹. Et illud: Nolite iudicare vt nō iudicemini. In quo eīm iudicio iudicaueritis: iudicabimini. Preter hāc enim quā dixim⁹ causam etiā ob hoc iudicare de alijs piculosuz est: q̄ ignorātes vel necessitatē vl rationē qua illi hec in q̄bus offendim⁹ aut recte coram deo aut venialiter agunt: inuenimur eos temere iudicasse: ⁊ p̄ b̄ admittimus nō leue pctm: sec⁹ q̄ oportet de fratribus nostris aliquid sentientes.

Ro. 12.
1. Cor. 4.
Math. 7

Increpatio eiusdē senis cū fratres iter spiritales collationes dormitātes: ad narratione ociose fabule vidisset expergefactos: Ca. XXXI.

Hic idē senex ociosa ⁊ fabularū diabolū esse fautorē: ac spiritaliū collationuz impugnatorē sp̄ existere: his declarauit indicijs. Nam cū fratribus quibusdam de rebus necessarijs ac spiritalibus disputaret: eosq̄ videret letheo quodam sopore demergi: nec posse ab oculis suis pondus somni depellere: ociosā repente fabulam introduxit. Ad cuius oblectationem cum eos euigilasse confestim atq̄ erectas aures suas habere vidisset: ingemiscēs ait: Nūc vsq̄ dū de spiritalib⁹ loq̄bamur: omniū vestrū oculi letali dormitiōe deprimebātur: at cuz ociosa fabula intromissa est: omnes expergefacti torpore somni dominantis excussimus. Vel ex hoc ergo ppendite quisnā collationis illius spiritalis fuerit impugnator: aut quis huius infructuose atq̄ carnalis insinuator existat. Ille eteīn esse manifestissime deprehēditur: qui malis aggaudens vel istam fouere vel illā ipugnare nō desinit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De epistolis priusq̃ legerẽtur incensis: Ca. XXXII.

Nec minus quoq̃ hocoptis fratris erga puritatẽ sui cordis intentu: & erga contemplationẽ diuinã valde sollicitu: cõmemorari necessariũ reor: Qui cũ ci p̃ãnos ãdecim patris ac matris amicorumq̃ multorũ de prouincia ponti complures epistole delate fuissent: accipiẽs grãdẽ fasciculũ litterar: diuq̃ apud semetipm voluens: quantarũ inquit cogitationũ causa erit mihi harũ lectio: que me vel ad inane gaudiũ vel ad tristicias infructuosas impellent: quot diebus horũ recordatiõe q̃ scripserunt intentionẽ pectoris mei a proposita contẽplatiõe reuocabũt. Post quantũ tẽporis digerenda ẽ hec mẽtis concepta cõfusio: quanto q̃ laborerursus iste trãquillitatis reparãdus est status: si semel animi literarũ permotus affectu: eorũ q̃ recẽsendo sermones ac vultus quos tanto tempore dereliquit: iterũ eos reuisere: ipisq̃ cohabitare & aõ ac mẽte ceperit interesse? Quos pfecto corpaliter deseruisse nihil proderit: si corde eos ãcipiat intueri: ac memoriã quã seculo huic renunciãs quisq̃ velut mortuus abdicauit: reuiuiscens eandem rursus admiserit. Hec voluens ã corde suo: nõ solum nullã resoluere epistolã definiuit: sed ne ipm quidẽ fasciculũ resignare: ne scz corũ qui scripserãt: vel noĩa recensendo vel vultus recordando a spũs sui intentiõe cessaret. Itaq̃ vt eũ constrictũ susceperat: igni tradidit cõburendũ. Ite inquiens cogitationes patrie pariter concremamini: ne me vlterius ad illa q̃ fugi reuocare temptetis.

De absolutione quẽstionis quã abbas theodorus orãdo meruit: Ca. XXXIII.

Audimus etiã abbatẽ theodorũ sũma sanctitate & perfecta scientia p̃ditũ: nõ solũ in actuali vita: sed etiã noticia scripturarũ: quã ei nõ tam studiũ lectionis vl' litteratura mũdi cõtulerat: q̃ sola puritas cordis: siquidẽ vir ipi? q̃z grece lingue perpauca verba vel intelligere posset vel proloqui. Hic cũ explanationẽ cuiusdã obscurissime q̃stiõis inquireret: septẽ diebus ac noctibus in oõne infatigabilis pstitit: donec solutionẽ proposite questiõis domino reuelante: cognosceret.

De sententia eiusdẽ senis q̃ docuit q̃ studio monachus possit assequi scientiã scpturarum: Ca. XXXIIII.

Ic ergo quibusdaz fratribus admirãtibus tam p̃clarũ scientie eius lumẽ: & ab eodẽ q̃sdam scripturarũ sensus inquirẽtib?: ait: Monachũ ad scripturarũ noticiam pertingere cupientẽ: nequaquaz debere labores suos erga cõmẽtariorũ libros impendere: sed potius omnẽ mentis industriaz & intentionem cordis erga emendationẽ vitioz carnaliũ detinere. Quibus expulsis: cõfestim cordis oculi sublato velamĩe passionũ: sacramenta scripturaz velut naturaliter incipient contemplari. Siquidẽ nobis non vt essent incognita vel obscura: sancti spirit? gratia promulgata sũt: sed nostro vitio velamine peccatoruz cordis oculos obnubẽte: reddũtur obscura: quib? rursum naturali redditis sanitati: ipsa scripturarũ sancrarũ lectio ad contẽplationẽ vere scientie abunde etiã sola sufficiat: nec eos cõmentariorũ institutionibus indigere: sicut oculi isti carnales ad videndũ nulli? egẽt doctrina: si modo fuerint a suffusione vel caligine cecitatis ãmunes. Iõnanq̃ & tanta varietas errorescz inter tractatores ipos exorti sũt: q̃ plerq̃ minime erga purgationẽ mentis adhibita diligentia: psilientes ad interp̃tanduz eas pro pinguedine vel ãmũdicia cordis sui: diuersa atq̃ cõ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

traria vel fidei vl'sibimet sentiētes: xitatis lumē cōpēdere neqūerūt.

Increpatio eiusdē senis cū ad meā cellulam media nocte venisset: Ca. XXXV.

Hic idē theodorus cū inopinātus ad meā cellulaz intēpesta noete venisset: q̄dnā rudis ad huc anachoreta sol⁹ agerē pat'na curiositate latēter explorās: mecq̄ ilico finita vesptina solēnitate: icipientē fessū corp⁹ tā reficere: ⁊ īcubantē psi athio reppisset: ꝓtrahēs uno corde suspiria: meoq̄ me vocitās noīe: q̄nti inq̄t o ioānes hora hac deo colloquūtur: eūq̄ ī semetipis āplectunt ac retinēt: ⁊ tu fraudaris tāto lumīe inerti sopore resolutus. Et qm̄ nos ad huiuscemodi narrationē diuertere patrū xtutes ⁊ gratia ꝓuocarūt: necessariū reor memorabile op⁹ charitatis quā sūmi viri archebij hūanitate sum⁹ expti: in hoc volumine cōmēdare: quo puritas ꝓtinētie operi charitatis inserta ꝓpensi⁹ enitescat pulchra varietate distincta. Etenuntūc gratū deo ieunij mun⁹ efficit: cū ꝑ fructib⁹ charitatis fuerit ꝓsūmatū.

Descriptio eremi que est in diolco i qua anachorete cōmorantur: Ca. XXXVI.

Hacq̄ cū de palestine monasterijs ad oppidū egypti q̄ diolcos appellat: rudes adhuc venissem⁹: ibiq̄ plurimā turbaz cenobij disciplina ꝓstrictā: ⁊ optimo ordine monachoz q̄ etiā p̄m⁹ ē: institutā mirifice viderem⁹: aliū q̄z ordinē q̄ excellētio: habeat: id ē: anachoreta ⁊ cūctoz p̄conijs instigati: sagacissimo corde videre ꝓperauim⁹. Di nāq̄ in cenobijs primū diuitissime cōmorātes: oī patientie ac discretionis regula diligenter edocti: ⁊ hūilitatis pariter ac nuditatis xtute possessa: atq̄ ad purū vitioz vniuersitate cōsumpta: diriissimis demonū p̄lijs cōgressuri: penetrant eremi ꝓfunda secreta. Huius igit' ꝓpositi viros comperiētes citra nili fluminis alueū cōmorari in loco q̄ vno latere eodē flumine: alio maris vastitate circū dat⁹ insulam reddit: nullis alijs q̄q̄ monachis secreta expetētib⁹ habitabilem: nec eēm cuiq̄ culture aptaz esse: eam salsitas soli ac sterilitas patit' arenaruz: ad hos inquā sūmo desiderio festinātes vltra modū sumus labores coz quos ꝓtemplatione virtutum ⁊ amore solitudinis tolerāt: admiratī. Hā ipius aque tāta penuria ꝓstringūtur: vt tali eā diligētia scrupuloq̄ dispensent: quasi nemo frugalissimorū speciē p̄ciosissimi vini conseruat ⁊ parcit. Tribus nāq̄ milibus vel eo amplius eā ꝑ p̄dicti fluminis alueo necessarijs vsibus adiuuant: q̄ tamē interuallū arenosis diuisū montibus: laboris difficultate granissima duplicatur.

De traditis nobis ab abbate archebio cū instructu suo cellis: Ca. XXXVII.

His igit' vilis cū unitatōis eorū nos ardor accēderet: p̄dictusq̄ archebi⁹ ꝓbatissimus inter eos humanitatis gratia nos ad suā cellulā ꝓtraxisset: exploratio desiderio nostro ꝓfuxit se de eodez loco velle discedere: ac nobis cellulā suaz velut exinde migraturus offerre: sese id factuz etiā si minime affuissemus affirmās. Quā rem nos ⁊ desiderio cōmorationis accēsi: ⁊ assertionib⁹ tāti viri indubitatā accōmodātes fidē libenter ampleti: cellulā cū oī supellectili vtēsilibusq̄ suscepim⁹. Itaq̄ religiosa potit⁹ circūuentiōe: paucis dieb⁹ q̄b⁹ ꝓstruēde celle pararet īpēdia de loco discedens: reuersus post hec aliā sibi sūmo labore construxit. Quaz rursū nō longo post tpe alijs supueniētibus fratribus: eodēq̄ desiderio cupiētibus ibidē cōmorari: si mili charitatis mēdacio circūuentis: cū vniuerso tradidit īstrumēto. Īpē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vero erga opus charitatis infatiga/
bilis pseuerans: tertiam sibi cellulaz
in qua cõmaneret extruxit.

De debito quod abbas archebius manuũ suarum labore pro matre dissoluit: Ca. XXXVIII.

Opere p̃ ciũ mihi videt aliud
q̃z eiusdẽ viri charitatis op⁹
memorie tradere: quo nostra/
rũ partiuz monachi non solũ conti/
nentie rigorem: verũ etiam sincerissi
mũ retinere dilectionis affectũ: vni/
us eiusdẽq̃z viri instituãt exemplo.
Hic nanq̃z non ignobili oriũdus fa/
milia: ad monasteriuz qõ a predicto
opido ferme quattuor milib⁹ distat:
mundi huius ac parentũ affectione
contẽpta: a puerilibus ãnis aufugit.
Vbi ita vite suę omnẽ exegit etatez:
vt nunquã p̃sus p totos quinqua/
ginta annos non solũ vicum ex quo
egressus ẽ: nec fuerit ingressus necvi
derit: sed ne cuiusq̃ quidem femine
vel ip̃ius matris suę conspexerit vul
tũ. Interea pater morte p̃uent⁹: cẽ/
tum solidoꝝ debitũ reliquit. Cunq̃z
hic esset omni inquietudine penitus
alienus: vtpote qui vniuersis pater/
nis facultatibus esset extoris: a cre/
ditoribus tamẽ inquietari vehemen
ter comperit matrẽ. Tũc hic ab euã/
gelico illo rigore quo antehac in sta
tu prospero parentib⁹ cõstitutis: nec
patrez in terra se nozat habuisse nec
matrẽ: pietatis ꝓsideratiõe mollit⁹:
ita se habere credidit matrẽ: eiq̃z sub
uenire festinauit oppresse: vt nihil a
proposita districtione laxaret. Intra
monasterij nanq̃z claustra perdurãs
soliti operis pensum sibimet triplica
ri poposcit. Et ibi p totũ anni spaciũ
diebus pariter noctibusq̃z desudãs:
debiti moduz operis sudore partim
creditoribus soluens: matrẽ omni in/
quietudinis iniuria liberauit: ita eru
ens eã debiti sarcina: vt nihil de p/
positi rigore pie necessitatis obtẽtu
pateret imminui. Ita districtionem
solitaz custodiuit: vt nequaquã pie/
tatis opus maternis viscerib⁹ dene/
garet: ⁊ quã pro christi charitate p̃/
us desperarat: pro eius rursus pieta
te cognosceret.

Qua simulatione cuiusdaz senis: abbati symeoi cũ ociosus esset: opus manuuz sit prouisum: Ca. XXXIX.

Cum frater nobis optime cha/
rus noie symeon: penitus gre
ci sermonis ignarus: e partib⁹
italie cõmeasset: quidã seniozũ erga
euz vtpote peregrinũ charitatis op⁹
quodã redibitionis colore cupiens
exhibere: inquirit ab eo cur ociof⁹ se/
deret in cella: per hoc cõijciens cũ tã
ocij puagatiõe q̃ penuria necẽariarũ
rerũ diutius in ea durare non posse:
certus neminẽ posse impugnationes
solitudinis tolerare: nisi eũ qui pro/
prijs manibus victum sibimet fuerit
parare contentus. Quo respondẽte
nihil se nec nosse nec p̃ualere ex his
que illic exercebãtur a fratrib⁹ ope/
rari p̃ter libzariã manũ: si tã vll⁹ in
egypti regione latinũ codicẽ vsui es
set habitur⁹: Tũc ille tandem nact⁹
occasionẽ qua posset desideratũ pie/
tatis opus velut debiti colore mer/
cari: ex deo hec inuenta est inquit oc
casio. Nam olim querebam qui apo
stolum latina mihi manu perscribe/
ret. Etem̃ habeo fratrem militie la/
queis obligatũ: ⁊ appzime latinis i/
structũ: cui de scripturis sanctis ali/
quid ad legendũ edificatiõis ei⁹ ob
tẽtu transmittere cupio. Itaq̃z sym̃e/
one hanc occasionẽ velut a deo obla
tam sibi gratãter suscipiẽte: senex q̃z
colorẽ sub cuius p̃textu pietatis op⁹
libere posset implere: libẽtius ample
xus: ꝓfestim non solum vniuersas ei
necessitates sub obtẽtu mercedũ to/
tius anni conuexit: verumetiã mem
branas ⁊ vtẽsilia que ad scribenduz
necessaria erant comportãs: recepit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

post codicez scriptum nullis vsibus vel cõmodis profuturũ: quippe vniuersis in illa regione noticia lingue huius penitus ignaris: preter id qõ hac subtilitate sumptuq̃ prolixioze mercatus est: quemadmodũ ⁊ ille sine confusionis verecũdia: merito laborzis ⁊ operis sui necessaria victus alimenta perciperet: ⁊ ipe munificẽtie suc pietatẽ tã quã debiti necessitate compleret: eo abundantius mercedem sibi conquirens: quo ambitu maioze peregrino fratri non solũ victus necessaria: verumetiã operis ĩstrumenta ⁊ operandi occasionẽ pariter contulisset.

De pueris qui deferentes ad egrotantẽ ficus: non degustatis eisdem fame in eremo defecerunt: Ca. XL.

Sed quoniã in loco vbi de ieiunioz ⁊ continentie rigoze dicere aliquid ꝓposuimus: affectio ⁊ opera charitatis videtur admixta: rursuz ad ꝓpositũ reuertẽtes: quoddam pueroz etate non sensu factum memozabile: opusculo huic inseremꝰ. Mã cum vltra omnẽ admirationem ficus quidã de amareote libye partibus velut rem ante in loco nõ visaz abbati ioanni economo in eremo scythie detulisset: qui dispensationẽ ipi est ecclesie tẽpozibus beati pafnutij ꝑsbyteri ab eodẽ sibi creditã gubernabat: hic cõfestim eas ad senẽ quẽdam qui in interiozibus deserti mala valitudine labozabat ꝑ duos adolescentulos misit. Siquidẽ decem et octo milibus longe ab ecclesia cõmanebat. Qui pomis acceptis: cum ad predicti senis tenderent cellam: qõ ibi perfacile solet etiã seniozibꝰ euenire: infusa repente densissima nebula: tramitẽ recti itineris perdiderũt. Cunq̃ tota die ⁊ nocte discurrẽtes ꝑ auiam eremi vastitatem: nequaq̃ potuissent egrotantis cellulaz reperire: taz itineris lassitudine q̃ inedia sitiq̃ confecti: fixis genibus in orationis officio spiritum domino reddiderunt. Qui post hec vestigiozũ siuozũ inditis diutissime ꝑquisiti: que in locis illis arenosis tanquã nuibꝰ impressa signantur: donec ea vl' leui ventozum flatu tenuis arena discurrens rursus operiat: inuenti sunt fiꝰ intactas vt acceperant reseruasse: eli gentes scilicet animã magis q̃ fidez depositi ꝓdere: vitã q̃ potius amittere temporalem q̃ seniozis violare mandatum.

Sententia abbatis machariy d obseruantia monachi: vel tanquã diutissime victuri vel tanquã quotidie morituri: Ca. XLI.

Hucusque vnum beati machariy profertur nobis salutare mãdatum: vt libellum ieiunioz rum ⁊ continentie tanti viri claudat sententia. Ita inquit debere monachum ieiunijs operam dare: vt centũ annis in corpore cõmoraturum: ita motꝰ animi refrenare: ⁊ iniuriarũ oblinisci: tristiciasq̃ respuere: dolozes quoq̃ ac detrimenta contemnere tãquã quotidie morituruz. In illo nãq̃ vtilis est prudẽsq̃ discretio: equali monachum districtiõe faciens semper incedere: nec permittẽs sub occasione debilitati corpozis de arduis ad pniciosissima prerupta deuolui: in hoc vero magnanimitas salutarij: que valeat non solum que videntur prospera mundi presentis despicere: verumetiam aduersis tristibusq̃ nõ frangi: ⁊ ea velut parua nullaq̃ contemnere: illic habens iugiter fixũ suumentis intuitum: quo quotidie singulisq̃ momentis accersiendum esse se credit.

Explicit de spiritu gastrimargie liber quintus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Incipit ãnotatio capitulorũ libri sexti de spiritu fornicationis.

Ca.j. Proemiale.

ij De ꝑncipali correctõe adũsus spiritũ fornicationis.

iij Quantũ ad superandũ fornicationis vitiũ remedij cõferat continentie solitudo.

iiij Quid ĩtersit inter ꝓtinentiã ⁊ castitatẽ: ⁊ an vtraq; simul sp habeatur.

v Q: impugnatio fornicationis solo humano studio nõ possit euinci.

vj De peculiari gratia in munere castitatis.

vij Exemplus de agone mundiali ẋm sermonẽ apostoli.

viij De comparatione purificationis eorũ qui in terreno agone certamẽ habituri sunt.

ix Quantã sp cordis puritatem parare dei oculis debeamus.

x Quod sit indiciũ perfecte ⁊ integre puritatis.

xj Quo vitio illusio nocturna ꝓcedat.

xij Q: carnis puritas sine mundicia cordis neq̃at obtineri.

xiij Que sit purgationis carnalis prima custodia.

xiiij Q: nõ laudẽ studeamus terere castitatis: sed effectũ eius exponere.

xv Q: specialiter castitatis virtus ab Apostolo sãctimonia nũcupetur.

xvj De allo apostoli testimonio super eadẽ sanctimonia.

xvij Q: spes sublimior primij debeat custodiã castitatis augere.

xviij Q: sicut absq; humilitate castitas obtineri nõ potest: ita sine castitate scientia.

xix Sententia sancti basilij epi de q̃litate ꝛginitatis sue.

xx Qui finis vere integritatis ac puritatis sit.

xxi. Quẽadmodũ ꝑfecte puritatis statũ retinere possimus

xxij Usq; ad quem modũ possit integritas corporis nostri perduci: vel qd indiciuz sit ad purũ mentis excocte.

xxiij Remedia curatõis quibus ꝑfecta possit cordis ⁊ corporis nostri puritas ꝑmanere.

Explicit ãnotatio capl'orũ.

Incipit liber sextus de spiritu fornicationis:

Proemiale Ca.I.

Secundũ nobis certamẽ est traditione patrũ aduersus spiritũ fornicationis: longũ pre ceteris ac diuturnũ: ⁊ paucis ad purũ deiectũ immane bellũ: ⁊ qd cũ a primo tempore pubertatis impugnare incipiat hominũ genus: nõ nisi pri cetera vitia superẽt: extinguit. Duplex nãq; est oppugnatio gemino armata vitio cõsurgens ad pliũ: ⁊ ideo similiter ei gemina est acie resistendũ. Siquidẽ vt morbo carnis aĩeq; ꝓcretũ vires acquirit: ita nisi vtriusq; piter dimicãtibus nequit debellari. Nec eñ sufficit solũ corpale ieiuniũ ad ꝓquirendã vl possidendã ꝑfecte castimonie puritatẽ: nisi ꝑcesserit ꝓtritio spũs ⁊ oratio ꝓtra hũc ĩmundissimũ spiritũ pseuerans: deinꝓtinuata meditatio scp̃tꝝ: huicq; fuerit sciẽtia spiritalis adiũcta: Labor etiã opusq; manuũ istabiles cordis puagationes coercẽs ac reuocans: ⁊ ante oĩa fundata fuerit humilitas vera: sine qua nullius penitus vitij poterit vnquã triumph acquiri.

De principali correctõe aduersus spiritum fornicationis: Ca.II.

De spiritu fornicationis.

Principaliter enim vitij hui⁹ cor
rectio ꝗ cordis perfectione de
scendit: ex quo etiã hui⁹ mor
bi virus dñi voce prodire signatur:
matth. 15 De corde inquit exeunt cogitationes
male: homicidia: adulteria: fornica
tiones: furta: falsa testimonia ꝛc. Il
lud ergo est primitus expiandũ: vn
de fons vite ꝛ mortis manare cogno
Prou. 4 scitur: dicẽte salomone: Omni custo
dia serua cor tuũ. Ex his enim sunt exi
tus vite. Caro enim eius arbitrio atq;
imperio famulat: ꝛ iccirco summo stu
dio parsimonia ieiunio⁹ sectanda ẽ:
ne escarũ abundantia refecta caro: p̃
ceptis anime salutaribus aduersata:
rectorẽ suũ spiritum deijciat insole
scens. Ceterum si omnẽ summã in ca
stigatione tantũ corporis collocem⁹:
anima nõ similiter a ceteris vitijs ie
iunante: nec meditatione diuina ꝛ spi
ritalibus studijs occupata: nequaq;
ad illud sublimissimũ vere integrita
tis fastigiũ poterimus ascẽdere: illo
qꝗ in nobis est principale: puritatez
corpis nostri infestante. Oportet er
go nos mundare prius: iuxta senten
matth. 23 tiã domini: id quod intus est calicis
ꝛ parapsidis: vt fiat ꝛ id quod defo
ris est mundũ.

Quantũ ad superandũ fornicationis vitiũ remedij cõferat continentie solitudo: Ca. III.

Deniq; cetera vitia etiã vsu ho
minũ ꝛ exercitio quotidiano
purgari solent: ꝛ quodammo
do ipsius lapsus offensione curari: vt
puta ire: tristicie: impatiẽtie lã guor:
meditatione cordis ac puigili sollicitu
dine: fratrũ etiã frequẽtia ꝛ assidua
puocatione sanant. Dumq; commo
ta manifestant sepius ꝛ crebrius ar
guũtur: quã totius pueniũt ad salu
tem. Hic vero morbus: cũ corpis affli
ctione ꝛ ꝗtritione cordis: solitudine
quoq; ac remotione indiget: vt possit
ad integrũ sanitatis statũ pernicio
sa estuũ febri deposita peruenire. Si
cut plerũq; certa egritudine laborã
tibus vtile est: vt cibi norij ne oculo
rũ quidem ipsorũ obtutibus offeran
tur: ne qꝗ aspectus occasione deside
rũ eis letale gignat: ita plurimũ cõ
fert ad depellenduz hunc specialiter
morbum: quies ac solitudo: vt mens
egra minime diuersis figuris ꝛterpel
lata ad puriorẽ peruenies contẽpla
tionis intuitũ: facilius pestiferũ ꝗ cu
piscẽtie fomitẽ radicit⁹ possit eruere.

Quid intersit inter castitatẽ ꝛ ꝗtinentiã: ꝛ an vtraq; simul ꝗ habeat: Ca. IIII.

Nemo tamẽ ex hoc negare nos
putet etiã in congregatione fra
trũ positos inueniri continen
tes: qꝗ pfacile fieri posse cõfitemur.
Aliud enim est cotinentẽ esse: id ẽ eu
kraten: aliud castũ: ꝛ vt ita dicaz in
affectũ integritatis vel incorruptio
nis transire: qꝗ dicit acon. Que vir
tus illis solis tribuit maxime q̃ vrgi
nes vel mente vel carne perdurant:
vt vterq; ioannes in nouo testamen
to: ĩ veteri quoq; helias: hieremias:
daniel fuisse noscunt. In quo⁹ gra
du hi quoq; non ĩmerito reputabun
tur: qui post experimẽta corruptionis
ad simulẽ puritatis statũ p laborẽ lõ
gum ꝛ industriã integritate mẽtis ꝛ
corporis pueneruntꝛ aculeos car
nis nõ tã impugnatione concupiscen
tie turpis q̃ nature tatũ modo motu
sentiunt. Quẽ statũ dicimus difficil
lime posse inter hominũ turbas ap̃
hẽdi. Utruz vero ꝛ hoc possibile sit:
vnusquisq; non nostra sentẽtia expe
ctet agnoscere: sed cõscientie sue rime
tur examine. Ceterũ cõtinentes mul
tos existere nõ dubitamus: qui ipu
gnationẽ carnis: quã vel raro vel q̃
tidie sustinẽt: seu metu gehenne seu
desiderio regni celorum extinguunt
atq; cõpescũt. Quos senioꝛes sicut
pnunciant posse nõ penitus incenti
uis obzui vitio⁹: ita securos ꝛ insau

εὐκρα/
τεν
αχον

ciatos semp existere non posse defi/niunt. Necesse est enim vnũquenq; in colluctatione positum: quamuis fre quenter aduersariũ vincat ac super: ⁊ iõm tamen aliquando turbari.

Qz impugnatio fornicatio/nis solo humano studio nõ possit euinci: La. V.

